54 Iudeus non potest iurare per Euangelia, neque per Christum, & iurans compellitur ad obseruantiam iuramenti. & num. seq.
55 Iudæus blasphemia Christi dicitur.
56 De iure ciuili non valet iuramentum super contractu inualido.
57 Ecclesia non se impedit de animabus Iudæorum quia iam damnatæ sunt.
58 Mosaica lex quo ad matrimonia, inter Iudæos seruatur.
59 Ecclesiæ non sunt subiecti Iudei, quo ad spiritualia.
60 Iudæis licet facere actos secundum eorũ ritum, qui in cõtemptũ fidei Christianæ non tendũt, aliás Christianorum immunitates perdunt.
61 Iudei an gaudeant immunitate Christianorũ.
62 Quo ad circuncisionem, inter Iudæos lex Mosaica seruatur.
63 Cæremoniæ dicuntur, sacrificia Iudæorum.
64 Lex prophetica, an hodie sit in vsu.
65 Christo adueniente in mũdum, cessauit lex prophetica.
66 Testis, qui falsum testimonium pecunia dicit, Christum vendit sicut fecit Iudas.
67 Iudex, qui accepta pecunia peruertit iustitiam iniustam sententiam proferendo, dicitur Christum vendere.
68 Lex ciuilis qualiter hodie seruetur, & in quibus consistat.
69 Euangelica lex, est hodie in obseruantia, & lex vitæ appellatur.
70 Lex euangelica, in multis correxit legem Mosaicam.
71 Apostolica lex est hodie in obseruantia, & legẽ ciuili præfertur in decisionibus causarum.
72 Ius diuinum potest per principem distingui, & limitari, licet non in totum tolli.
73 Lex canonica seruatur inter Christianos, & si in aliquo contradicit legi ciuili, quæ lex seruari debeat.
74 Leges ciuiles Canonibus obuiantes, reprobatæ censentur.
75 Ius canonicum, ius quasi regulatum dicitur.
76 Canonicum ius seruatur in vtroque foro, in causis miserabilium personarum.
77 In decisionibus causarum lex canonica præfertur dicto cuiuslibet sancti. Secus quo ad solam interpretationem diuinæ scripturæ.
78 Dictum alicuius sancti, auctoritati veteris vel noui testamenti conforme in decisionibus causarum iuri canonico præfertur.
79 Papa potest ius diuinum limitare.
80 Ius diuinum, an sit ius ab alijs iuribus separatum.
81 Ius diuinum, sub se comprehendit ius naturale, & gentium.
82 Ius canonicũ, vno respectu ciuile appellari põt.
83 Ius feudorum, est consuetudinarium, & numeratur cum iure ciuili.
84 Liber feudorum, compilatus fuit ad Oberto de
85 Orto, iurisconsulto Mediolanensi. & an dicatur authenticus
86 Iura feudorũ qualiter sint hodie in obseruantia.
87 Causæ Feudales, per quæ iura deciduntur in Regno.
88 Argumentum de emphyteosi ad feudum, valet: & econtra.
89 Consuetudines feudorum, præferũtur iuri communi in causis feudalibus: quando consuetudo, & vsus Feudorum sunt rationabiles, & quando est expresse decisum per vsus Feudorum. & num. 90. & 91.
90 Appellatio in causa feudalis deserta, non dicitur per non appræsentationem processus infra quinquaginta dies secundum Constitutionem Regni
91 Argumentum à contrario sensu, non sumitur in vsibus Feudorum.
92 Argumentum à contrario sensu, coniectura, & subauditus intellectus dicitur.
93 Iura feudorũ seruãtur in Ecclesiasticis Feudis.
94 Ius Longobardum aggregatur iuri ciuili, & à quibus fuit conditum.
95 Ius Longobardum an hodie seruetur in Regno. & an præferatur iuri Romano, & num. 96. cum plu. seq.

96 Con-



ERTIA pars principalis ꝯtinet vnicã qõnem, videlicet, vñ habuit originẽ iudiciũ. Pro huius tñ qõnis, & dubij resolutiõe † oportet ali
1 qualiũ inuestigare originẽ ipsarũ legũ, & iuriũ, q̃ habuimus in mundo post creationẽ hoĩs. Vnde sciẽdũ eſt, qd' tria tpa cõsiderãtur quo ad iuris inuẽtionem, à tpe, quo Deus creauit primũ hoĩem. s. Adã. In primo tpe, fuerũt ꝓdita tria iura, seu tres leges. In secundo tpe, tria alia iura, seu tres leges. In tertio tpe, tria alia iura, & sic cõelu siue fuerunt nouem leges à tpe Adę, vsq; ad hoc tps nr̃m, prout sub breuibus verbis declarat Abb. in c. firmiter col. 5. de sum. Tri.
2 & fid. Cath. † Quã tñ materiã amplius, & plenius declarãdo rassumo, & dico sic, q̃ in primo tpe, cum Deus creasset hoĩem ad sui imagine, vt dicit tex. cum gl. in c. hęc imago 33. q. 5. & hr̃ Gen. c. 1. & Sap. c. 2. statim fuit inuenta prima lex, quae appellat lex nãlis, quae

quæ est duplex.s.lex naturalis cōis,& lex naturalis rōnis,vt declarat Arch.in c. ius nat. & ibi ēt.gl.j.dist.& hæc est in effectu illa distinctio,quā faciunt doct.inst.de iur.nat. in princ.& in §.sing.inst.de rer.diu. dū dñt, q ius naturale,est duplex.s.primæuū, & secūdariū,perinde.n.est ac si dicerent, ius naturale cōe, & hoc est primæuū, & ius naturale rōni,& hoc est secundarium.
3 † Creato igr homine, & creatis alijs animalibus brutis pro seruitio hoīs,vt hr Psal.8.Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. fuit pdita prima lex naturæ,quę dr cōis,& ideo appellatur cōis, q est indifferens in oībus animalibus tam rōnalibus,quam brutis,& ista prima lex naturæ,seu ius naturale primæuum,cōprehendit in se quoddā naturale institutū, put est maris,& fœminæ cōiugatio,liberorū pcreatio,& educatio,& put sunt alij appetitus naturales,qui sunt cōes oīum animātiū, & de hac lege naturę loqtur tex.i l.1.§. ius naturale.ff.de iust.& iu.& inst.de iur.nat. i prin.
4 & in d.c.ius nat.1.dist.†& ex ista prima lege naturali cōi oritur obligatio antidotalis, q̄ est.vt benefacienti benefaciamus,de qua loqtur gl.in l.sed si lege.§.cōsuluit. ff.de pet.hęred.& in c.cū in officijs de test. & gl.in c. illud 8.q.2.q̄ gl.licet dicat, q humanū est pbere reuerētiā illi, à quo q's beneficiū accepit vt p hoc videat sentire,q hæc obligatio antidoralis si iuris humani .s. q cm hoibus cōe est, tñ veritas est , q habuit originē ab isto iure naturali primæuo,& cōi, quia etiā animalia bruta ex quodā naturali instinctu solēt diligere benefaciētes sibi,& pstare illis seruitia,vt inqt Nic.de Neap.inst.de obl.in princ.& Ias.in l. ex hoc iur.col.xj ff.de iust. & iur.& ibi ponit 18.not.effectus,quos pducit ista obligatio antidoralis.
5 †Secūdo,in eodem tpe post creationē hoīs , fuit pdita alia lex naturę.s.rōnis,quod dr ius naturale secūdariū, & ideo dr rōnis, quia tm hoibus est cōis,& sic animantibus rōnem hñtibus , & non brutis, prout est religio erga Deū,vt parētibus,& patriæ pareamus , vt vim atq; iniuriā propulsemus,& de hac l.naturali rōnis loquitur tex.in l.veluti,& l.vt vim ff.de
6 iust.& iur.& hr 5.dist.in princ. † Itē ex hac eadem l.naturali dependet illud naturale pceptum.s.Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris,& ecōtra,quod tibi vis fieri, alteri facias,quod pceptū traditur in c.humanū genus 1.dist.& q fit de isto iure nat. tenet gl.i vers.dispōnē, & ibi ēt Abb. in c. firmiter de sum.Trin.& fid.Cath.hoc pceptum fuit etiā cōfirmatum p legem Mosaicā , vt hr Tho. c.4.item p legem Euang.vt hr Matth.c.7.& Luc.c.7. Item per legem Apostolicā , vt ait Apost.ad Gal.c.5.de qbus legibus inferius, dicetur.Et istud ius naturale rationis, solet ēt appellari ius gentium, & est ius gentium primæum,ea rōne attenta,quia solæ gentes .i.soli hoīes, viuūt eo iure l.1.in fi.de iust.
7 & iur. † Tpe aūt istius legis naturalis,nullę erant pditæ leges seu ɔstōnes inter hoīes , sed ita naturaliter viuebāt,& oīa erāt cōia, nec erat inuentum,meum,& tuum,vt declarat Bart.& doct.i l.si id quod ff.de cōd. ind. & not.in d.c.ius in naturale 1.dist.& est tex. 8.dist.in prin. Et śm istud ius naturale vixerunt hoīes certo tpe,dum pauci erāt in mū
8 do. † Deinde adauctis hoibus excreuit etiā malitia hoium adeo q solo hoc iure naturali viuere non valebāt,& sic fecerunt gētes inter quosdā ɔstōnes,& leges, vt quodcunque calcauerit pes tuus,tuum sit,& distinxerunt inter se dñia rerū, & sic fuit inuentum , meum,& tuum . Item fecerūt aliqua ɔstōnes,vt nullus intraret possessionē alterius , & ex hac distinctione fuerunt orta bella,captiuitates,& seruitutes. Item cœperūt gētes super rebus diuisis,& distinctis cōtrahere ad inuicem,& ista fuit tertia lex,quę oīa ista introduxit,& fuit appellata ius gentiū,de quo loqtur tex. in l.ex hoc iure ff.de iust. & iure.& in c.ius gentiū j dist.& declarāt Bar.& Moder.i d l.si id q ff.de cōd.indeb. & Abb. in c.firmiter col.5.de sum.Trin.& fid.Cath. & ita cum istis tribus legibus seu iuribus vixerunt gētes à creatione Adæ, vsque ad tps Moysi exclusiue.Et istud est primū tps, qđ appellatur tempus ante legem , in quo tpe fuerūt ista tria iura.s.ius naturale rōnis, qđ est secundarium , item ius gētium,quod est similiter secundarium,quia ius gentium primæuū est idē q ius naturale, vt supra dixi.
9 † Superuenit postea secunda ætas, seu śm tēpus,quod appellatur tps sub lege,in quo tēpore fuerunt proditæ tres aliæ leges,videlicet,lex Mosaica, lex prophetica, & lex ciu. Nam cum videret Deus malitiam hominū abundare super terram , misit legem in terris illam, q̄ exprimi fecit in scriptis p Moysen, cui Moysi dictam legem dedit in mōte Sinay,

Sinay. & ista appellať lex Mosaica, q̃ tota ꝯsistit in decẽ pceptis, quæ colliguntur ex illis
10 versibus. Vnu cole Deũ,&c.† Et ista lex Mosaica, alio vocabulo appellať lex decalogi, seu decalog⁹ legis, ꝙ idẽ signat, quasi lex decẽ pceptoꝝ, put depdictis est tex. in c. Moyses 7. dist. & in c. l. be. et in ti. de pœn. dist. 1. & not gl. in d. c. firmiter §. hæc sctã. vbi est ẽt tex. de sum. Trin. & fide ca. h. & Spec. in pœ. sui opis. col. 2. in fin. & hř. Exod. c. 34. &
11 c. 35.† Fuerunt ẽt & in lege Moysi alia præcepta, quæ dñr mystica. i. figurata. quoꝝ aliqua fuerunt sacralia, de quibus hř per gl. in c. fin. §. his itaq; 6. dist. & quod nomẽ mysticum, significet figuratum, est gl. in c. auꝝ in vers. mystici 12. q. 2. illa vero pcepta decalogi, dñr moralia. quia mores bene, & beate viuẽdi respiciũt, & illa nunq̃ mutantur, vt
12 not. i d. §. his itaq; † Deinde huic legi Moysi fuit adiecta alia, & secunda lex. q̃ appellať pphetica. Nã Deus dedit legẽ hoib⁹ p Moysen, & p pphetas, vt dicit tex. in d. c. firmiter §. hæc sanctã. & dicit Spec. in d. pœ. col. 3. in princ. Et ista est lex, q̃ cõtineť in testo veteri
13 testõ.† q̃ lex Mosaica, & pphetica ẽt hodie seruať, quo ad pcepta moralia. s. quo ad alia vero mystica, repeciť in aliq̃bus mutata, tã per legem euãgelicam. q̃ canonicã vt declarat tex in d. §. his itaq; & ibi Arch. Et qđ lex Mosaica ẽt hodie seruet & possit allegari in decisionib. cãꝝ, tenet Cal. in cons. 30. ĩ tit. de test. & Io. de Imo. in l. stipulatio hoc mõ ꝯcepta ff. de verb. ob. & i l. 3 ff. si cer. pet.
14 † Deinde qñ hoies in orbe valde creuissẽt, & malitia similiter cũ his aucta esset, ꝯsiderauerũt sola se lege Mosaica, & pphetica viuere nõ posse, vñ in eodẽ tpe supuenit lex ciu. q̃ ex ciuili habuit prin à origine à regib. nã i primo tpe, quo hoies viuebãt iure
15 gẽtiũ, vt supra declaraui, fuerũt ex eodẽ iure gẽtiũ inuẽti reges, nã ipse met populus ad hoc vt cõmodius viuere, & regi posset, eligebat sibi regẽ, cui dabat obedientiã, & p illũ regebať & sic reges fuerunt inuẽti originaliter iure gẽtiũ, ita declarat Bald. in trac. schismatis in x. col. vers. & est notãdũ, ꝙ duplex ex ꝯcordia &c. quẽ tex. ponit in 6. lib. C. in tit. si qs aliquẽ test. ꝓh. b. & Old i ꝯs 69 col. 2 i fi. Et ꝙ reges fuerũt primi dñi, q fuerunt inuẽti in mũdo. Declarat And. de Iser. ĩ rub. q̃ sint reg. col. 2. in prin. & pbat tex. in l. 2. §. qđ ad magrat⁹. ff. de orig. iur. & dicit And. de Iser. in pœ ꝯst. col. 16. quod reges fuerũt oi tpe, ẽt ante Chřm imperatores vero nouiter fuerũt inuẽti ab ætate Christi, non an
16 tea † Nã primus imperator q fuit in mũdo fuit Octauianus, q̃ fuit Imperator tpe Christi, fm eum. sed gl in l. j. ff de adult. tenet, ꝙ primus imperator fuit Iulius Cæs. idẽ tenet Pet. Phil. Cor. in cons. j. col. 4 in 3. vol. ꝙ Iulius Cæs. fuit primus, & Octauianus secũdus, sed And. de Iser. vbi supra tenet, ꝙ Iuli⁹ Cæs. non fuit verus imperator, sed rex. Et ꝙ reges fuerũt ab antiquo, hř plene in lib. Regũ in testõ veteri. Primus Imperator Christianus fuit Cõstãtinus, sec. And. de Iser. in pœ. ꝯst. col. 16. de his tñ me remitto histo-
17 riographis quoꝝ ppria est materia. † Isti ergo reges ita electi, & creati faciebãt aliquas leges, & sic dederũt principiũ legi ciuili. & primus Rex q̃ dedit leges ciuiles Græcis, fuit Rex Foroneus, vnde denominatus est forus. i. locus iudicij c. forus de verb. sig. & d. c. Moyses 7. dist. Iẽ Mercurius trismegistus Rex tradidit leges Atheniẽsibus. Iẽ Lycurgus leges Aegyptijs. Iẽ Solõ Rex fuit primus rex, q dedit leges Lacedæmonijs. Item Numa Põp. rex populo R. leges edidit. put hæc oĩa tradunť in d. c. Moyses Et ppea istæ leges appellabãtur ciuiles, q̃a erat quoddã ius, quo vna quęq; ciuitas pdictaꝝ vtebať, auctoritate dictoꝝ regũ vt hř in § sed ius q̃dẽ ciuile inst. de iur. nat. vbi pprie fit mẽtio de legib. Solonis, & hř in l. oẽs populi ff. de
18 iust. & iur. & in c. ius ciuile j. dist.† Et ita cũ istis legibus regijs vixerũt gentes vsque ad
19 tps regis Tarqnij septimi. † postmodũ cum esset dictus Tarqnius rex, euenit qđ eius filius violẽter adulterauit Lucretiã nobilem Romanã & pudicã, vt dicit tex. i c. pposito 32. q. 5. pp qđ iratus Populus R. dictũ Tarqnium regẽ expulit, & noluit vlterius regẽ aliquẽ creare, imò oẽs leges regias ante factas aboleuit, adeo qđ sine lege, & sub incerto viuebat, & ita vixit sine lege ferè p annos 12. vel 20. vt dicit Arch. in d. cap. Moyses in fi. & ex tex. in l. 2 § exactis. & j ff. de
20 orig iur. † Verũ aduertẽs populus ipse Ro. qđ nõ esset expediẽs vlterius sine lege diutius viuere. q̃siuit hře lege Græcoꝝ. s. leges Atheniensiũ conditas à Solone rege, & cũ illis viuere decreuit, vnde congregatus ipse popul⁹, elegit x. viros idoneos, & bene peritos, quos Athenas misit p trãscribẽdi legibus

bus Græcorum ex lib. Solonis, & vt d. l. ex Græca scriptura in Latinam traducerent, vt dicit tex. in d. c. Moyses in fi. & c. seq. & in §. exact. el primo. Qui x. viri Rom. fuerũt isti videlicet Appius Claud. T. Genutius, Pub. Festius, Luc. Veturius, C. Iulius, Aul. Manilius. Publius Sulp. Pub. Curiatus, T. Romulus, & Sp. Posthumius, vt dicit tex. in c. fuerunt 7. dist. & cũ isti decẽ viri accessissent Athenas pro hñdis legib. & Athenienses noluerunt statim copiam suarum legum eis facere, sed voluerũt prius explorare vtrũ Rom. essent capaces, & digni suis legib. Ad qđ explorando miserunt quendam sapientẽ Græcum Romam. Quod qđem præscientes Romani, eum aduentasset dictus sapiẽs Græcus decreuerũt irridere eũ cum oĩbus Athen. q eum miserunt. Et sic obiecerunt illi quendã stultum Romanũ, ad hoc vt ille sapiẽs Græcus disputaret, eum illo stulto, & derisus recederet. q sapiens Græcus credens illum sibi obiectum esse sapientem, cœpit eũ eo disputare nutu & signis, & eleuauit vnũ digitum, sigñas in corde suo, ꝙ vnus esset Deus. At ille stultus credebat, quod volebat sibi eruere vnũ oculũ cũ illo digito, & ipse eleuauit duos digitos, & ẽt pollicẽ, & sic tres dicẽs in corde suo, quod si tu vis mihi eruere vnum oculum, ergo eruã tibi duos oculos. Sed ille Græcus credebat, quod stultus ille intelligebat de Trinit. Deinde sapiẽs Græcus oñdit illi stulto manũ aptam, sigñãs in corde suo, quod oĩa sunt manifesta Deo, stultus aũt credebat qđ volebat dare alapã sibi, & incontinenti oñdit ei pugnũ clausum, significãs qđ si vis mihi dare alapã, ego repcutiã te pugno clauso. At Græcus sapiẽs intellexit, qđ per pugnũ voluit stultus significare, qđ Deus oĩa manu clauderet. Et sic putauit Romanos esse valde sapientes & dignos legib. Et reuersus fuit Athenas, & retulit Ro. esse legib. dignos, & sic fuerunt cõcesse leges illis x. viris. Qui decẽ viri transcripserũt dictas leges in x. tab. eburneis, & attulerũt eas Romã, put hãc historiã declarat gl. in l. 2. §. exact. el. 1. ff. de orig. iu. i gl. in vers. cõstit. His ẽt decemuiris fuit data ptãs per Populum R. interpretandi dictas leges, addẽdi, & minuendi, vigore cuius ptãtis vidẽtes ꝙ aliquid deficiebat in dictis legib. adiunxerunt duas alias tabulas scriptas, & sic factæ fuerũt 12. tabulæ, ex quib. taliter denominata fuit lex 12. tab. vt d. c. Moyses in fin. & ibi gl. & d. §. exact. Et ista lex. 12. tab. fuit principium iur. ciu. scripti, quo hodie vtitur. Et cum ista lege duodecim tabularum incœpit viuere

21 Populus R. † Deinde, quia quandoq; emergebat aliquis casus nouus, qui non reperiebat decisus per legem 12. tabularum, & erat necesse facere nouam legẽ super illo casu, Populus R. expulsis regib. creauit quosdam alios officiales, qui cõsules dicebant, eo qđ habebant cõsulere reip. vt dicit tex. in d. l. 2. §. exactis el 3. ff. de orig. iur. Et consul faciebat congregari Populum R. ipsumq́ informabat, quod talis casus emerserat, q per leges non reperiebatur decisus populus aũt Rom. ad interrogationem dicti cõsulis decidebat illum casum, put sibi videbat æquũ, & ille decisio erat lex, & deinde in antea in similibus casibus p lege seruebat, vt est tex. in §. lex est inst. de iure nat. & ibi. doct. declarat Ang. de Are. & in ista lege condẽda interueniebat totus pop. connumeratis patritijs & nobilibus, & ẽt plebeis, vt in d. §. lex

22 est. † Successiue vero auct. P. R. superuenit q dã discordia inter patritios & plebẽ, ex causa, ꝙ quidam Appius Claud. iudex, captus amore cuiusdam puellæ filiæ cuiusdã Virginij, ciuis Rom., ptulit iniustam sniam ꝯtrã illam puellam, pnunciando eam esse ancillã, dictusq́. Virginius pr ex hoc indignatus, erepto gladio dictã eius filiam interemit, & ad suos cõmilitones incõtinẽter aufugit, & vna cum eis successit in montẽ Auentinũ ciuit. Romanę, vñ tota pl. Rom. ad dictum montẽ cõualuit, & à se patritijs diuisit, ibiq́. psistens plebs ipsa officialem suũ creauit, q appellabatur trib. & qñ emergebat aliqs casus à lege 12. tab. nõ decisus, ille tribunus faciebat totã plebem ꝯgregari, & dictum casum ppponebat, & pl. ipsum decidebat, & illa decisio erat lex inter ipsos plebeios, & appellabat Plebiscitũ, vt in §. plebiscitum. inst. de iure nat. Et hæc oĩa declarant in d. l. 2. §. deinde cum esset, & §. initiũ. ff. de orig. iur. Et ita stetit plebs p certos annos separata à patritijs. Deĩde qa multę discordię nascebãtur inter pl. & patritios, superuenit qdam rex Hortensius, qui pacem cõposuit inter patritios & plebeios & reuocata plebe à dcõ mõte Auentino, iterum ipsam plebem cum pr̃itijs vniuit, & fecit vnã legẽ, q dicta fuit lex Hortensia, capto noie ab ipso auctore. q legem

voluit, qđ illa plebiscita hñt vim legis generalis, ei sic aggregata fuerũt in cõpendio, aliarũ legũ ciuiliũ, & i corpore iur. ciu. vt d. §. plebiscitũ, & d. §. deinde cũ esset, &c. plebi
23 scita 2. dist. & ibi Arch. † Deinde, qa plus augebatur Populus R. adeo, quod erat impossibile in vnum congregari, qñ nouus casus emergebat, ꝯstituit populus ipse centũ viros deputatos ad regimen ciuitatis, q senatores appellabantur, et erant num. 100. l. fin. & ibi gl. in vers. centũ viralis. C. de pet. hęr. & gl. i ru. ff. de sen. & qñ erat faciẽda aliqua lex noua, cõgregabantur solũ illi centũ senatores, q decidebant casum, ꝓpositũ. & illa decisio erat lex, & appellabant senatusc. & fuit redactum id senatusc. similiter in cõpendio iur. ciu. vt in §. senatusc. inst. de iure nat. & dicta l. 2. §. deinde qa difficile. ff. de orig. iur. &c.
24 senatusc. 2. dist. † Postmodum, quia P. R. ꝓp magna bella, quæ habebat cõtra finitimos, & alias nationes, erat impeditus, & similiter ipsi consules, erãt ꝓp dicta bella impediri, adeo, qđ erat necesse ipsis consulibus accedere qñq; extra vrbẽ super gubernatione bellorũ, & sic ciuitas remanebat, sine rectoribus, q a absentibus cõsulibus non erat, q iura redderet in ciuitate, ideo ne ciuitas rectore careret super iustitia ministrãda, populus ipse creauit duos officiales, q p̃tores appellabantur. vnus erat p̃tor vrbanus, & alius p̃tor peregrinus. Vrbanus. n p̃tor audiebat causas ciuiũ Romanorũ, sed peregrinus audiebat causas exterorũ, seu peregrinorũ, vt d. l. 2. §. deinde cũ placuisset. ff. de orig. iu. Et isti p̃tores solebant ꝓponere quædam ædicta in albeo seu i eorũ palatio super iustitia cõseruanda puta, pacta seruabo, vel ꝙ metus causa factũ est ratum non habebo, & alia similia, q edicta fuerunt postea p populũ approbata, & illud appellabãt ius p̃toriũ ꝙ similiter fuit incorporatũ in iu. ciu. vt i §. p̃torũ inst. de iure nat. & d. l. 2. §. eodem tpe.
25 † Demum qm̃ ex diuina permissione oẽ imperium, iuridistio, & potestas totius mũdi erat tũc in Populo R. i quo habuit originẽ ipsum imperiũ ex violentia, & potẽtia, qa violenter ex sua potẽtia armorũ totum orbẽ subiugauit, vt dicit Abb. in c. venerabilẽ col. 6. in fi. de elect. & Bal. in l. bñ. à Zenone in fi. de quadr. p̃s. & gl. in c. 1. de pac. iu. firm. quã ad hoc reputat singularẽ Ang. in l. depr. ff. ad legẽ Rhod. de Iac. & Alb. de Rof. in l.

cũctos populos C. de sum. Tri. & fide cath. & Fel. in c. cum non liceat col. x. de p̃s. in qbus locis hæc est magis cõis cõclusio, q imperium habuit originẽ in Populo R. ex violẽtia, Dei volũtate ꝑmissa. ꝯstituit sibi populus ipse vnũ principẽ seu regẽ Romanorũ, i quẽ populus ipse trãstulit oẽm sua auctoritatẽ, p̃tatẽ, & imperiũ cõstituta prius quadã lege, q appellata fuit lex regia, & ex tunc dictus est rex Rom. hñe p̃tatẽ legis ꝯdẽdæ, qa populus sibi illã p̃tatẽ transtulit, vt dicit tex. in l. 2. § nouissime ff. de orig. iur. & in l. 1. ff. de const. princ. & declarat pulchre Bal. in d. l. bene à Zenone in fi. & est tex. in §. sed qđ princ. inst. de iur. nat. & in l. 1. §. hoc et C. de vet. iure enu. & ratio trãslationis imperij assignatur in quadam ꝯst. Regni, quæ incipit, non sine grandi &c. in tex. illius const. s. qa ex quo dictus princeps Romanus habebat oẽ ius imperandi ipsi populo, & subditis, cõgruum fuit, vt et ab eo procederet potestas legis condendæ, quæ est origo iustitię vt ab vno, & eodẽ fonte ꝓcedat origo iustitiæ, à quo ꝓcedit ꝓtectio subditorũ, & ibi i d. ꝯst. tangit And. de Iser. an ipse idem populus q concessit talẽ potestatem principi seu imperatori, possit eadẽ sibi auocare de qua p Ange. de Aret. in d. §. sed qđ prin. & Bal. in l. fi.
26 C. de leg. † Vbi tangit et ad quem spectat deponere imperatorem, & dicit, ꝙ ad solũ Papam, hæc aũt potestas tradita per Populum R. principi, fuit postea approbata per Christum in testõ nouo, dũ dixit, reddite, q sunt Cæsaris, Cæsari, & q sunt Dei, Deo, vt traditur Matt. c. 22. & not. Old. cons. 69 col. 2. & Bal. in d. l. bene à Zenone in fi. C. de quad. p̃s. Trãslata igitur potestate in principẽ ipse solus poterat facere leges, & sic illud, qđ princeps statuebat causa faciẽdi legẽ, seruabat pro lege, & istæ appellanť cõstitutiones principũ, de qbus hř in d. §. sed quod principi. & in d. l. fi. C. de leg. & in d. l. 1. ff. de cõst. princ. & similiter sunt de cõpẽdio iuris ciu.
27 † Creato deniq; principe Romanorũ, & trãslata p̃tate i eũ, pcinceps ipse elegit quosdã sapientis in ciuitate Romana, qa iuriscõsulti appellabãtur, qbus dedit p̃tatem iura interpretandi, & r̃ndendi in casibus dubijs, de qbus consultabãtur, & illa respõsa, & interpretationes erãt tãtæ auctoritatis, ꝙ ꝓ legibus seruabãtur, & ista appellantur r̃nsa prudentũ, vt est tex. in §. respõsa prudentũ inst. de

de iure nat.& in c.ius a 1.dist. Et istæ sunt leges d'olʀ,quæ fuerũt conditæ ab illis iurisconsultis,auctoritate tñ principis, & sic sunt ẽt de iure ciuili. Et cũ illis legibus vixerũt gentes in hoc secundo tpe, vsque ad aduentum Xpi in quo secundo tpe habuimus declaratas tres alias leges, q̃ viguerũt.s.legẽ Mosai
28 cã,l ꝓpheticã,& l.ciuilem. †Istæ.Aũt leges eiu.de q̃bus supius feci mẽtionẽ, fuerunt ꝑ 30.annos añ aduẽtũ Xpi,& sic tpe paganonoʀ,vt dicit Bar. in l.multũ.ff.de verb.obl. & q̃ isti iurisc q̃ fecerũt leges fuerũt pagani & añ aduentũ Xpi,tenẽt gl.& Ba.in l.j.ff.de fç.& gl.& Bart.in l.Titia.§.Seia.ff.de au. & ag.leg.& gl.1.in rub.ff de iust.& iur.& ponit Bar.i lec.Nic.de Neap in l.spad.§. iã ĩn ff.de exc.tu.dicit ĩn Ias.in d.l.multũ i ti.col. q̃ multi iurisc.fuerũt tpe Xpi,& ẽt post Xpm & maxime Vlp.vt ibi ꝑ eũ,& ibi assignat rõ
29 nẽ.† Supuenit postea tertiũ tps,qđ appellatũ fuit tps grẽ.in quo tpe Deus glõsus voluit i carnari in sacra Virg.& sic venit Xps in mũdũ,verus Deus,& verus hõ,vt in epist.in ter claras.C.de sum.Tri.& fi.Cat i quo tpe fuerũt ꝓdite tres aliæ leges,videlicet, lex euãg.lex ap̃lica,&lex cano.Et prima fuit lex euãg.q̃ tradidit ipse Xps ore ꝓprio,vt hr̃ in oib.4 Euãg.vt dicit Abb. in d.c.fi.col.5.de sum. Trin & p hãc leg.Euang. fuit ꝯfirmata ptãs impatoʀ,dũ dixit Matt.c.22. Reddite
30 q̃ sunt Cęsaris,Cęsari,&c.†Quæ ptãs Impatoʀ dr̃ hr̃ procedere ab ipso Deo, vt testat Xps in Euang.Ioan.c.18.dum dixit Pilato: Non hẽs ptã ẽ aduersum me vllã, nisi tibi datum esset desuper &c.& Paulus ad Rom, c.14.vbi ait. Nõ est ptãs,nisi à Deo,q̃ qualr̃ procedat,& intelligatus,vide plene Abb.in c.nou.col.5.& 6.& ibi ẽt Fel.de iud.& tãgit plene Oldr.in cons.180.col.pen.vñ Imperatores postea Xpiani fuerunt prosecuti leges ciuiles,videlicet antiquas leges approbãdo, & cõpilando,& nouas componendo prout fecit Iust.Imp.vt l.2.C.de vet.iur.enu. & in proœ.inst.& sic habemus leges ciuiles ante, & post aduẽtum Christi, originaliter tñ fue
31 rũt ante aduentum,vt supra declaraui.†Secũda,fuit lex ap̃lica, nam Christus gloriosus,qui dr̃ rex regum,& Dñs dñantium, cl. past.§ fi.de re iud.& c.quæ contra mores 8. dist.vbi appellatur, Regnator vniuersæ creaturæ,& in ꝯft.post mũdi machinam,dr̃ Rex. regum cum esset reuersurus ad Patrem, reliqt Ap̃lis potestatem suam in terris, & signãter Petro, vt principi. Apostoloʀ, qđ declarauit tam ante suam passionem quã post,vt dicit tex.in c.in illis 80.dist.nam ante passionem declarauit,dũ dixit, Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, & tibi dabo claues,&c.vt est tex. in c.in nouo 21.dist.& Mat.c.16.Itẽ dũ alias dixit Petro,Pasce oues meas,vt dicit tex.in c.significasti in princ. & ib.gl.in ver.pas.de elect. & in epis.iter cl. C.de sum.Tri.& Ioã.c.vlt.p hęc verba designauit velle,q̃ Petrus esset caput, & princeps Ap̃loʀ, vt d.c.in illis , & d.c. in nouo. Item silr ante passionem dedit potestatem oĩbus Apostolis, dum dixit, Quæcũque ligaueritis in terra,erunt ligata & in cęlis,&c. vt hr̃ Matt.c.17.Post vero passionẽ, & resurrectionem, expresse eandem ptãtem contulit Ap̃lis, dicens: Accipite spm̃ sanctũ, & quoʀ remiseritis peccata, &c.vt hr̃ Ioan. c.20.& dum dixit: Ite,& pdicate Euangeliũ oĩ creaturę,&c.vt tradit Mat.c.vlt.& Mar.c. vlt.& no.Abb.in c. transf.col.2.de cõst.vnde ipsi Ap̃li ex ptãte eis tributa ꝑ ipm̃ Redemptorem Dñm,cœperunt exequi pcepta Xpi & suas leges spargere,& pdicare per orbem,
32 vt hr̃ in toto testõ nouo.† & illa lex ꝓmulgata,& scripta p Ap̃los præter euangelicã, appellatur lex apostolica, q̃ venit ad interpretationem legis euãgelica,vt dicit Spe. in proœ.1. parte in 2.col.& in ista lege euãgelica , & apostolica consistit totum nouum
33 testm̃.†Tertia,& vltima lex,fuit lex canonica.nam cum lex euang. & ap̃lica non sufficeret ad oẽs causas decidendas, summi Pontifices ex ptãte eis tributa per Xpm per mediũ B.Petri, vt dr̃ in d.cl.past. §.fi.de re iud. fecerunt q̃plures canones, & leges scriptas, q̃ canones sunt excerpti partim ex lege veteri Mosaica,& partim ex lege ciuili,& partim ex sacra Theol.aut tã quo ad spũalia,q̃ quo ad tpalia possit bñ regi,& gubernari ecclesia Dei, vt dicit Abb.in d.c.fi.in fi.illius prin.& ista lex canonica, q̃ fuit facta à summis Pontificibus, ꝯsistit in tribus voluminibus, videlicet in lumine Decretalium in volumine Sexti,& vol.Clementaʀ. Ista.n.tria volumina continet leges, & canones pontificales,authẽticos,& approbatos,q̃ ꝓ legib. in dubio seruantur,cum sint conditi ab hñte
34 potestate legis condendæ.†Connumeratur etiam inter leges canonicas,& liber Decre-

toru, q liber nõ fuit cõditus à summo Põt. nec ab hñte ptãtem legis condendæ, sed fuit compilatus p quẽdam magrm Gratianum, qui fuit monachus, & sac. theol. Magister, vt testatur Arch. flor. in 3. par. suæ Chr. ti. 17. & fuit monachus sancti Proculi in Tuscia, & valde fuit exaltatus i ciuitate Bon. q Gratianus ex sanctorũ Patrũ dicit compilauit dcm opus & volumen Decret. & ideo appellatur liber Decretorum, q a ex decretis ictõrum Pñum fuit cõpilatus, nec repitur, q fuerit approbatus p summos Pont. vnde non põt dici auth. vt dicit. Abb. in proœ. decr. in c. rex pacificus col. 5. & Io. And. & Ant. de but. in c. 1. de rescr. licet aliqui dicant, q fuit approbatus p Eug. papã, tñ quidqd sit, q a est cõiter approbatus à populo, & publice legitur in scholis, sicut alij libri authentici, ex hoc censetur auth. & facit plenam fidem. ita
35 dicit Abb. in d. c. 2. col. fin. de resc. †Verum est aduertẽdum, quod in lib. Decret. reperiũtur quatuor spẽs authoritatũ, videlicet, Prima species est auctoritas sanctoru Patrũ, pro vt plurimũ oĩa ferè capitula ibi existentia sunt extracta à dictis sanctoru. Secunda spẽs, est auctoritas ipsius Gratiani auct. vt qñ ipse loquitur de se, sine auctoritate Sanctorũ. Tertia spẽs, est auctoritas cuiusdam Paleæ, vt qñ in rubr. alicuius capituli Decretorum stat scriptum, Palea. Quarta spẽs, est auctoritas Iurisconsultorum & Impatorum secularium, qñ sunt multæ leges ciuiles inser-
36 tæ & canonizatæ in decretis.† Quoad primam spẽm. s. de auctoritate sanct. Patrũ, verum est, q ex diuturna approbatione censetur authenticus dictus liber, & pñt illa decreta sanctoru allegari ad decisionem causarum. ita intelligitur Abb. in d. c. 2. col. fi. vbi ita tenet. & ibi. ẽt Fel. in 23. vers. lib. decreti, &c. Non aũt quo ad alias tres auctoritates, s. n eos ibid. & Arch. in c. quis nesciat 9. dist. nam auc. Gratiani, nõ repecitur approbata, neque est authentica, nec ẽt auctoritas Paleæ. nam Palea fuit qdam discip. Gratiani q sua auctoritate inseruit nõnulla capitula in Decretis, quę nullam faciunt fidem, vt dicit Io. And. in add. Spec. in tit. de disp. & alleg. §. fi. in fi. & Sal. & Imol. in rub. ff. de ver. ob. & Ant. corset. in repert. sup Abb. in ver. lib. Decretoru, ex quo nõ fuerunt facta ab hñte ptãtem, sicut ẽt dicta & solutiones Gratiani reprehenduntur in aliqbus, vbi non bene fuit locutus, s. n Arch. in d. c. quis nesciat.
37 †Ex quo patet, q eius dicta non sunt authẽtica, sed sunt velut dicta Inn. in suo ope glosaru, quod cõposuit sup decretal. cuius Inn. dicta non sunt authentica, q a ipse noluit. vt hñentur vt rex. sed vt gl. licet. præ cæteris sint magnę auctoritatis, vt testatur Fel. in d. c. 2. col. 23. in fi. vers. de diuersoru, &c. de re
38 scr. †Quo ad quartam spẽm. s. de leg. ciuilibus insertis in decretis, dic q minimè sunt approbatæ, vt per hoc seruentur de iu. can. ex quo Grat q inseruit, non habuit talẽ auctoritatem. vñ dictæ leges remanẽt iuris ciuilis, put antea erãt, & perinde hñr, ac si ibi nõ essent insertæ. & sic nõ seruãtur, vt canones. ita dicit Abb. in d. c. 2. col. fin. de resc. & And de Iser. i c j. col. 5. qui succes. ten. in vsi. feu. p hoc est gl. in c. 1. in gl 2. de exce. et gl. in c. super eo. el j & ibi ẽr. Abb. de rest. & gl. in c. 1. in ver. tract. de reb eccl. nõ alie. lib. 6.
39 & Io. And. in c. ex parte i fi. de feu. †Fuit aũt compilatus lib. Decretoru, tpe Papæ Alex. 3. sub an. dñi. M. C. L. vt no. gl. in c post appellationẽ. §. forma in vers. forma 2. q. 6. & hr in Cronicis liber vero decretaliũ fuit cõpilatus sub an. dñi. M. C C X X I I. vt hr in
40 lib. Cronicaru & fasciculi tempoẽ. †Habemus ergo ex prædictis collecta tria tẽpora humanæ vitæ, & nouem leges, quibus hoies vixerunt, & qũo vnaquæque lex venit successiue ad aliã. Superest pro complemento istius euidentialis, ante, q veniam ad decisionem q. principalis propositæ in hac 3. parte . s. vñ habuit originẽ iudiciũ, videre, an istæ nouem leges sint oẽs hodie in vsu. Et hr reuertendo ad primũ tps, & primam legem, quæ fuit lex naturalis cõis dico, q illa semper fuit, & est, & erit in obseruantia, q a immutabilis est, vt §. sed naturalia. inst. de iu. nat. & hoc patet ad sensum, q a dixi, q talis tex. est qdam naturæ indistinctus, vñ eo ipso q nascitur hõ, vel aliud aĩal, nascitur cum tali instinctu naturæ, vt aliqd appetat, & declinet ea, q sibi nocitura esse videant. vt ait Cic. in 1. Off. Itẽ quia dixi, q obligatio antidoralis est de isto iure naturali primæuo, & cõi. Similiter dico, q ẽt hodie talis obligatio est in vsu. cũ procedat ex iure immutabili. nam ẽr hodie pducit illos pulchros effectus, q sunt 18. quot ponit. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & idẽ Ias. i l. si nõ fortẽ §. libertus. ff. de 2d. ind. vbi tractat de ista obliga

41 ligatione antidotali. † Quo ad ſm legē.ſ. de iure nat.ſecundario,qđ dr rōnis,ſiſr con cludo, ꝙ eſt immutabile, & ēt hodie eſt in vſu,,puta eſt religio erga Deū,&erga parentes & pñam,& alia ſimilia,qđ patet ad ſenſum,& probaē 5.diſt.in princ. & in c.ſi.§.is itaq;,& ibi no.6.diſt.&in d.§.ſed naturalia. Et ꝙ iſta ſint hodie in obſeruātia, patet, q2 oī iure ſunt iſta præcepta naturalia ꝯfirmata nā religio erga Deū, cōfirmatur per legē Moſaicā,vt not.gl.in c.qđ in oībus 32.q.7 & hr Exo.c.20.& Deut.c.5.Item per legem propheticam, vt hr Ioſuæ c.2.vbi ait, Hoc diligentiſſime præcauete, vt diligetis dñm Deum vrm. & Thob.c.4 Omni tpe bñd. Deum,& pete ab eo,vt vias tuas dirigat. & in Pſ.116. Laudate dñm oēs gētes,laudate eum oēs populi.Item per l.ciuilem,vt traditur in epiſt.inter claras.C.de ſum.Trin. Itē per l.euang.per quam traditur illud præceptum, Dilige dñm Deum tuū, ex toto corde tuo, &c.vt hr Mat.c.22.& Luc.c.x.ex & Marci c.12.Item per l.apoſt.& cañ. eſt pluſ quā clarū. Item hēc religionem erga parētes & pñam,patet,quia ēt hodie filius, q eſt inobediens patri vel matri, pōt exhęredari ex 14.cauſis, quæ narrātur in §.cās in auth.

42 vt cum de app.cogn.† Item, q2 ciuis derelinquens pñam ſuam periclitantem, perdit priuilegia ciuitatis illius, ſm Bal. in l.2.in ſi.C.de inf.exp.quem ſeqtur Alex.in l. velu

43 ti. in add.ad Bar.ff.de iuſt.& iu.† hinc dicit Caſſiod.l.lib.1.epiſ.20.vnicuiq; patria ſua charior eſt,Deū ſupra oia ſaluum fore quærit,vbi ipſis cunabulis cōmoratur, feris datū eſt,agros ſiluasq.quærere,hoībus aūt ſores patrias ſuper cuncta diligere,aues ipſe ꝑ aera vagantes,ꝓprios nidos amant,erratiles ferè cubilia dumoſa feſtinant,voluptuoſi piſces cauernas ſuas perqrūt,cunctaq.animalia ibi ſe notūt refugere, vbi longiſſima cu-

44 piūt ætate cōſtare.† Quo ad 3.l.ſ.de iure gētium,concluditur ſimiliter,ꝙ eſt eius immutabile,ex quo largo mō appellatur ius nat. vt ī §.ſingulo℞ inſt.de re.diu.vnde ēt hodie ſeruatur quod patet, q2 Princeps non pōt regulariter ſtatuere contra ius gent.puta,ꝙ aliqs ſine cā priuetur dñio rei ſuæ,qđ dñiū eſt de iure gent.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure,& ibi gl.in verſic.dñia innuit,ꝙ ēt ius diuinum fauet huic iuri gentium. Item dr cōſtitutū ex diuina prouidētia, vt in §.ſed naturalia

tur.inſt.de iu.nat.qui.§.ſm cōem intellectū gl.& doct.ibi intelligitur loq etiam de iure gentium, ꝙ ſit immutabile. Et ꝙ Princeps nō poſſit diſpenſare cōtra ius gentium ſine cā,tenet Inn.in c.quia pleriq; cir.ſi.de imu. eccl.& Arch.in c.ius ciuile.1.diſt. & Bal. in l.reſcrip.col.pen.in ſi. C.de precib.imp. off. in verſ.3.quærunt,&c. & gl. & Bar.in l.ſi.& ibi cōiter doct.C.ſi contra ius vel vtil. pub. & Felyn.plenè in c.q in eccl.col.x.de cōſt.& ibi ēt Abb.& doct.Item tenet Iaſ.in l.3. §.ſi is,pro quo. col.2.ff.quod quiſ.iu. Hoc etiā patet ad ſenſum,quia oēs ferè ꝯtractus ſunt de iure gent.& tñ hodie ſunt in viridi obſeruantia, vt d.l.ex hoc iure. Item bella & ſeruitutes etiā hodie ſunt in vſu,vt videmus in ꝗpluribus tit.iu.ciu.tractantibus materiam ſeruo℞. Item,diſtinct.dñio℞, eſt ita hodie, ſicut olim,& ſic de alijs exēplis.Bñ ve℞ eſt, ꝙ in quamplurimis cap.iuris gent. eſt diſtinctum & limitatū per ius ciuile, vt videmus per vſucap.quæ extinguit dñium.Itē, in teſtamentis,in qbus reqruntur ſeptem teſtes, ſed de iure gent. in ore duo℞ vel trium ſtat oē verbum,vt hr in c.nouit. de iud. & ſic de

45 alijs exemplis.†Item,ex cā poteſt Princeps limitare & diſpenſare contra ius gētium in aliquo eius cap.licet non tollere in totū.vt tradit plenè Fel. in d.c.quę in eccleſia℞ col. x.cum multis ſeq.de conſt. ſicut ēt princeps pōt limitare ius diuinum, & illud diſtinguere & modificare.ſm Fel.plene in d.c.quæ in

46 eccleſiarum col.x.cum ſex ſeq.† & Abb. in c.ſi.col.2.& 3.de conſuet.vbi tractat etiam, qñ pōt iudici conſuetudo cōtra ius diu. vel gentium,& ꝯcludit,quod ſemper pōt induci cōſuetudo,qñ non eſt inductiua peccati,

47 ſm eum. † Quo ad quartā legem.ſ.Moſaicā,an ſit hodie in obſeruantia. dic quod in l.Moſaica ſunt quædam ꝓcepta moralia, & ꝗdam myſtica,qua loquunē in figura. Quo ad præcepta moralia,eſt in viridi obſeruantia,q2 dicit lex naturalis, quo ad illa, & eſt immutabilis,vt ſunt illa x.præcepta, q̄ mores concernunt.Quo vero ad ꝓcepta myſtica,quæ ſunt ſacralia vel cerimonialia,dicta lex Moſaica eſt mutabilis.& vt plurimū nō ſeruatur ex aduentu Chriſti, ita hæc oia declarat tex.cum gl.in c.ſi.§.his itaq; 6.diſt.&

48 Abb.in c ſi.col.2.de ꝯſue.† nā lex Moſaica loquebatur in figura, deinde ꝑ aduētū Chriſti ſucceſſit ipſa lux &veritas in mundo,quę

omnia velamina veteris testaměti aperuit, & illustrauit, vt dicit pulchre Bald. in capit. translato in fine de constitut. & sic per legem euangelicam & apostolicam fuit sublata lex Mosayca in præceptis mysticis, vt
49 in locis præallegatis. † Verum, est aduertendum, quod dicta lex Mosaica fuit sublata ab aduentu Christi inter ipsos Christianos, nam Iudæi adhuc seruant ipsam legem Mosaicam, & viuunt secundum eam, vt nota Calderin. in consil. trigesimo in tit. de testa. vbi dicit, quod in testamentis, & successionibus Iudæi seruant legem Mosaicam. Idem tenet Felyn. in capit. Iudæi, el secundo, columna secunda de Iudæ. vbi dicit quomodo lex Mosaica derogat iuri ciuili, in successionibus Iudæorum ab intestato, & seruatur quod habetur. Num. cap. vigesimosexto, & dicit Calderin. in consilio 10. in titulo de constit. quòd lex Mosaica, est ius speciale Iudæorum, adeo quod illa seruatur principaliter inter eos, & ea demum deficiente, seruatur ius commune, & sic derogat iuri Rom. quo ad Iudæos, idem tenet Socin. in consilio 72. in fine, in primo vo-
50 lumine. † Similiter quo ad iuramentum, seruatur lex Mosaica inter Iudæos, quia iurant per legem Moysi, & super decem præceptis, vt declarat Specul. in titulo de iur. calumn. §. restat columna fin. versiculo, sed pone Iudæus, &c. Felyn. in cap. fin. columna prima in fine de Iudæ. & Abb. in capitulo primo, columna quarta, versiculo qualiter. de iur. calum. & Socin. in consilio 66. col. decima, in primo volumine, & Bartol. in l. iusiurandum. §. ait prætor in fine. ff. de iurerand. & And. de Isern. in constit. si quis in posterum columna penultima. & Ioann. de Imol. in clement. prima, & ibi etiam Card. in quinta quæst. de test. & Angel. in consil.
51 94. † Sed quid sit Iudæus iurat super contractu inualido, an tale iuramentum confirmet contractum Iudæi, sicut christiani, iuxta cap. cum contingat de iureiuran. Hãc quæst. plenè attingit Socin. in consilio 65. columna antepenultima, & consilio 66. columna antepenultima, & penultima in primo volumine, vbi concludit, ꝙ tale iuramentum Iudæi non firmat contractum, mouetur ipse, quia iuramentum contractus confirmatorium tunc seruatur, quando seruari potest sine despendio salutis æternę, vt d. cap. cum contingat. sed in Iudæis illud dispendium non consideratur, quia sunt dãnati siue obseruent iuramentum, siue non, ex quo non sunt baptizati, ergo sequitur, quod de eorum iuramentis non est curandum. nam dicit ipse, quod istam obseruantiam introduxerunt canones, ne perdatur animi iurantis propter periurium, quæ perditio animæ non consideratur in Iudæis, cum sint perditi absque hoc, secundum fidẽ nostram. Concludit ergo, quod tale iuramentum Iudæi nihil operatur. Hanc etiã
52 opin. † per eandem rationem tenet Lud. Rom. in consilio 155. incip. præmissum laudum in fine, vbi concludit, quod Iudæus non compellitur ad obseruantiam iuramenti in compromisso appositi, & illud dictum refert simpliciter Ias. in l. tertia. §. iurari, columna quarta. ff. de iureiurand. Idem tenet Paul. de cast. in consilio 90. columna fin. in secundo volumine, quod consilio incipit, visa quadam scriptura, &c. Contrariam partem tenet Petr. Philipp. Corn. in consilio 45. columna tertia, in litera, C. in primo volumine, vbi expresse tenet, quod iuramentum Iudæi confirmat cõtractum per ipsum celebratum, qui alias erat inualidus, idẽ tenet Ludouic. Rom. in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. & Bald. in capitulo primo. §. item sacramenta columna quarta de pac. iura. firm. vbi dicit, quòd Imperator arctat eos ad obseruantiam iuramenti, licet Socin. in dicto consilio 66. columna penultima, in primo volumine det responsum, & sensum ad illud dictum
53 Bal. in dicto §. Item sacramenta. † Potest corroborari ista secũda opin. quia Iudæus iurans per legem suam, compellitur per iudicem Christianum ad obseruantiam iuramenti, imò punitur de periurio, sicut Christianus, si non obseruet ita dicit Andr. de Iser. in d. constitut. si quis in posterum column. pen. & idem Andr. in constitut. eos, qui scienter. in princip. & tenet idem Soc. in d. consil. 66. colum. antepenult. versic. primus quidem, &c. in primo volum. vbi dicit, quod Iudæus periurus potest puniri per ecclesiam, non pro eius anima, quia ecclesia non curat de anima Iudæi, sed vt castigetur eius corpus ratione delicti, ne remaneat impunitũ. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. idem tenet Matth. de afflict. in consti-

stit.eos,qui scienter,col 6.vers.9.quęro &c.
54 † Hinc videmus, q licet alias Iudæus non possit iurare per Christum,nec per Euangelia, cum hoc dicatur facere in contemptum Christi,ex quo non credit in Christo,vt declarat Iasin d.l.4.§.iurari.col.4 ff.de iureiur. & Bart. & Mod. in rub.ff.de iust.& iur. & habetur in c.& si Christus. de iureiurando.
55 † Item,quia Iudæus dicitur blasphemia Christi, secundùm Soc. in cons.102. col.3. in 1. volumine,si tamen Iudæus iuraret per Christum, cogi po.est ad obseruantiam iuramenti ita tenet Alex. in d.§.iurari col.penul.in fi. facit text. & ibi gl. in cap. mouet 22.quæst.1.Conclusiue ergo videtur dicendum, quod si Iudæus iurat in contractu inualido, debet compelli per ecclesiam ad obseruantiam iuramenti,non ratione animæ, quia ecclesia non curat de eius anima cap. gaudemus, de diuorc. sed vt castigetur eius corpus. ratione delicti, quia si Iudæus non compelleretur ad obseruantiam iuramenti, frustra dicerent doctrinæ præallegatæ Iudæum puniri de periurio, quia licet periurare. In ista varietate puto concordari posse opin. & dico sic, Aut Iudæus contrahit cum alio Iudæo, & tunc procedat prima opin.Soc. scilicet quod contractus non firmetur iuramento,quando de se est inualidus. Hinc est,quòd donatio inter virum, & vxorem, non firmetur iuramento inter Iudæos. Similiter alienatio rei dotalis minime firmatur iuramento inter Iudæos, tunc enim vendicant sibi locum rõnes Soc. & quod dicit Bald.in d.§.item sacramenta, colum.4. de pace iuram. firman. vbi dicit, quòd vincula sacramentalia non cadunt in
56 his,qui non sunt de sacro ouili.†nam de iure ciuili quando contractus est inualidus, non valet etiam iuramentum in eo appositum l.non dubium.C.de leg.& l.si quis inquilinos in fi.ff.de legatis primo, sed de iure canonico, quod ius habuit respectum ad solam animam, fuit inductum, vt quando potest seruari sine interitu salutis æternæ iuramentum,seruari debeat,ne anima præiudicium patiatur propter periurium, vt d.c. cum contingat de iureiurando, & cap. licet mulieres de iureiurando lib.6. vbi proprie dicit text.tale iuramentu seruari de iure canonico, vnde quia iuramentum ligat animam, & ius canonicum habuit respectum ad animam,ideo voluit talem contra
57 ctum inualidum iuramento firmari. † De anima Iudæorum se non impedit ecclesia, vt d.c.gaudemus,de diuor.quia iam damnata est,vt dicit Paul.de Castr. in d.consil.90. col.2.in 2. vol. ius ergo canonicum relinquit talem contractum Iudæorum in meram dispositionem iuris ciuilis, quia dempto iure canonico remanet dispositio iuris ciuilis,quæ seruatur in Iudæis,quando contrarium non reperitur in lege Moysi, vt supra dixi,& est tex.in l.Iudæi,la prima.C.de Iud.sed per ius ciuile tale iuramentum est: vt nullum,vt d.l.non dubium, ergo sequitur, quòd Iudæus non compellitur ad obseruantiam eius,cum nullum sit,& non est obligatorium, & propterea minime potest tunc puniri de periurio, quia non fuit ligatus iuramento, & ita procedunt rationes Soc.in d.suis consilijs,& Lud.Rom.in d.cõsil.155.in fine. Ad iura,quæ dicunt Iudęos compelli ad obseruantiam iuramenti,& puniri de periurio,de facili potest responderi, quia loquuntur in iuramento valido,quando est præstitum super actu valido: quia tunc ligat de iure ciuili, & punitur contrauenīens ratione delicti: vt quando Iudæus esset testis: secus si iurat super actu inualido, vt in q proposita. Aut Iudæus contrahit cum Christiano, & tunc procedat opin. contraria, scilicet quòd contractus inualidus firmetur iuramento, non pro salute animæ Iudæi, sed ne Christianum decipiat, & ne sit melioris conditionis Iudæus, quam Christianus. arg.l.Seruius.ff.quod vi aut clam, & l. non solum.ff.de noxa. & quod nota glos. in capitulo post miserabilem, de vsur. & hanc distinct. in effectus tenet Paul.de Castr. in dicto consilio 90. columna final.in 2.volumine,& ita cum ista concordia pertranseo, quam puto verissimam.
58 † Similiter seruatur lex Mosaica inter Iudæos, quo ad matrimonia, vt habetur in cap. gaudemus.§.fin.de diuor.& in cap. de infidelibus de consanguinitate, & affinitate,& not.Abb. in cap.fin. qui fil.sint leg. in quibus locis probatur,quòd Iudæi contrahunt matrimonium in gradu prohibito p ius canonicum, & seruant præcepta legis Mosaicæ, & possunt facere diuortia, & sic soluunt matrimonia in vita, per libellum repudij, quia hoc permittitur lege Mosaica,

ca, vt hr Deut. c.23. in fi. & declarat Bal. in cons. 428. in 5. vol. & Soc. in cons. 76. col. antepen. & cons. 70. cons. 71. col. 2. in 1. vol.
59 in quibus locis dicitur, † q quo ad spūalia Iudæi non sunt subiecti ecclesiæ nec iudicā tur ſm canones, sed ſm ritus eo℞, vnde cō trahunt matrimonia in gradu ꝓhibito, & cōmittunt repudium. idem tenet Fel. in c. ad hæc de iudæ. vbi dicit referendo Flor. q inter iudæos patruus pōt ducere neptē in vxo
60 rem. Permittitur ergo Iudæis facere actus, ſm ritus eorum, dūmodo nō tendant in cō temptum fidei christianæ, vt d. gl. in c. q sincera 45. dist. & est tex. in l. Iudæ. C. de Iud. facit quod dicit Io. and. in c. licet de reg. in nouel. vbi tenet, q si Iudæus facit aliqd in ɔtē ptum fidei christianæ, vt qa ponit crucē ad ignem, vel aliud simile, perdit oīa, quæ sunt
61 sibi ꝓmissa de iure nostro. † Quod facit ꝓ limitatione illius q. an Iudęi gaudeat imunitate Christiano℞. quā tangit Ias. in rub. ff. de iust. & iu. in fi. & Soc. plenè in ɔs. 62. & cons. 70. in 1. vol. nam si deprehenderetur Iudæus fecisse aliqd in contēptum fidei christianæ, debet oī immunitate & priuilegio christia-
62 norum priuari, ꝑ illud dcm Io. and. † Seruatur ēt lex Mosaica inter Iudæos, quo ad circuncisionem. l. circūcidere. ff. ad leg. corn. de sic. & quo ad alias ceremonias, vt i locis pal leg. plenè traditur. † Dñr. n. cæremoniæ, ꝓ
63 prie, sacrificia Iudæo℞, vt declarat gl. in d. c.
64 qui sincera. 45. dist. in gl. 2. † Quo ad qntā legem. s. propheticam, dicendū est idē, qd diximus de Mosaica. qa quatenus continet præcepta moralia, seruatur inter christianos eadem rōne, qa est ius immutabile, sed qūo
65 ad alia, est mutabilis, ꝑ legem euang. † qa per aduentum Christi successit ipsa veritas, ſm Bal. in c. trāslato in fi. de const. & Bal. in l. bene à Zenone in fi. C. de quad. præscr. ipse. n. Christus dicitur ipsa veritas. c. in quadam de celeb. miss. & c. abijt 11. q. 3. & dicit Christus, Ego sum via, veritas, & vita, vt hr Matth. c. 26. & Ioan. c. 14. & ꝑ hoc dū fuisset interrogatus Christus à Pilato. Quid est veritas, noluit respondere, nec iactaret seipsum. qa ipse erat veritas. ſm Abb. in c. &
66 si Christus. col. 2. de iureiur. † Hinc dicit no tab. tex. in d. c. abijt 11. q. 3. quod illi, qui ꝑ pecunia deponūt falsum testimonium, dñr vēdere Christum ꝑ pretio, sicut fecit Iudas. ex quo vendūt veritatem, quæ est ipse Christus. vnde pōt dici per illum tex. quod falsu testis, q pecuniam accipit, cōmittit idē scelus, quod cōmisit Iudas vendendo Christū,
67 † Idē dico in iudice, qui pecunia accepta ꝑuertit iustitiā, proferendo iniustam sniam, qa peruertit veritatem, vt in c. cū ætern. de re iud. lib. 6. & sic tradit & vendit Christum, q est summa iustitia per d. c. abijt. Sic ergo i ꝓposito, aduenięte veritate & luce in mundo, cessauerunt figuræ ꝓpheta℞ quo ad pręcepta mystica, cum illa ēt sint de lege & testo veteri, vt pluries fuit dcm supra per ea, quæ hñr in d. c. fi §. his itaq; 6. dist. & probatur in c. veritate 8. dist. vbi probatur, q veritati oīa
68 cedunt. † Quo ad sextam l. s. de lege ciuili, qūo & qualiter seruetur lex ciuilis hodie, patet ex ordine ipsarum compilationum, nā totum corpus iuris ciu. consistit in his voluminibus videlicet in qnquaginta lib. digest. in lib. cod. in lib. institutionū, & in nouissimo lib. authentico℞. vt declarat Abb. in ca. firmiter in fi. illius princ. de sum. trin. & fid. cat. oēs istæ ll. iur. ciu. hodie seruātur, qtūs vna per aliam non reperitur correcta, qd patet, qa publice in scholis legūtur. Poteris addere aliud ius ciuile huius regni, quod cō sistit in constōnibus regni, in capitulis & statutis regni, & regijs nouellis pragmaticis, q̄ iura municipalia huius regni inducūt ius ciuile & obseruantiam nouā in hoc regno, & qñq; corrigūt, quādoq; limitant ius cōe. ꝑut dicam in ꝓcessu operis, in suis opportu-
69 nis locis. † Quo ad 7. l. scilicet Euang. nulli est dubium quod inter christianos est in viridi obseruantia, cum processerit ab ipso Chro, q est summa veritas. & ea cōtinet ius diuinū & naturale immutabile, vt est tex. & ibi gl. & Arch. in c. humanū gen. j. dist. & appellat lex vitæ, quia concernit aīam, vt dicit Spec. in pœ. 1. ꝑte col. 3. & ɔsistit illo præcepto naturali, qd tibi non vis fieri, alter ne feceris, vt d. c. humanū gen. & habet Matth. c.
325 Ang. in d. §. ſi quis, vbi pulchre infert. † q̃ ſi aliquis habet immunitatem, & exemptionẽ à collectis, eo ipſo, q̃ deſcribit in lib. ſoluentium collectas, ſtatim cum ſcit ſe deſcribi, debet appellare infra x. dies, alias ſi ſcit, & non appellat, cenſetur conſentire, & ſuo priuilegio renunciare, & non põt vlterius cõtradicere, & illud dcm̃ refert, & ſequitur Alex. in ɔſ. 101. col. 6. circa fi. in 1. vol. Qđ no. q̃a eſt ſingulr̃ dcm̃, vnde poteris extrahere bonam cautelam in fauorem vniuerſitatis, ad operã dum q̃ ciuis exẽptus pdat ſuam exemptionem, p̃curet vniuerſitas, q̃ deſcribatur in libro ſoluentium, & notificet ſibi qualr̃ eſt deſcriptus, & ſi non appellat infra x. dies à die notitiæ, pdit priuilegium, & ipſe forte non aduertet in appellando, quia cõfidit ſuo priuilegio, credens ſe poſſe illud q̃ncunq; pro-
326 ducere, & ſic remanebit deceptus. † Vigeſimoprimo limita, non p̃cedere in cauſis minimis, & breuioribus, quia in illis, quia illis nõ appellatur de iure ciuili. ſecus de iure canonico, ſm Abb. Phil. & Car. in c. de appellationibus extra, de app. & ibi tãgunt rõnẽ diuerſitatis, & p̃ tex. in c. anterioꝝ 2. q. 6. & in authẽtica, niſi breuiores, C. de ſen. ex breui. reci. Et quoad hoc, q̃ dicantur cauſæ breuiores, vide doc. in locis p̃allegat. & adde, q̃ hodie eſt deciſum i regno, q̃ in cauſis duaꝝ vnciaꝝ ciuilr̃ petitaꝝ, nõ appellat, vt eſt ritus magnę curiæ, in num. 164 incipiẽs, item, in cauſis, &c. licet nunq̃ viderim illũ ritũ eſſe in obſeruantia imò totũ ɔtrarium ſeruari.
327 † Nec obſtat, l. & in maioribus, C. de app. q̃a ibi exponitur, Maioribus .i. criminalib.
328 Minoribus. i. ciuil. bus, ſm gl. ibi. † Vigeſimoſecundo limita, non p̃cedere in ſentẽtia abſolutoria lata in cauſa criminali ex mero offõ, vel in p̃ceſſu facto ad denũciam, quia non appellatur ab hmõi ſnĩa, vt dicit præallegatus ritus magnæ curiæ, 164. qui incipit,
329 item in cauſis, &c. † Vigeſimotertio limita, non p̃cedere in ſnĩa torturæ irrogãdæ in crimine, de quo conſtat per vnum teſtem de viſu, & p̃ publicam famam, quia nõ appellatur, ita hr̃ in dicto ritu magnę curiæ, 164. q̃ incipit, item in cauſis, &c. iuncto ritu ante p̃cedenti, 162. qui incipit, itẽ ſi accuſatur, &c.
330 † Vigeſimoquarto limita, non p̃cedere in oĩbus cauſis req̃rentibus celeritatẽ, quę ſine dilatione expediuntur, q̃a in his nõ admittitur appellatio ad impediẽdã executionẽ, vt no. Spec. in ti. de app. §. in q̃b. verſ. 8. & Iaſ.
331 in l. 1. col. j. ff. de ferijs. † Vigeſimoquinto limita in eo, q̃ condemnatur ſup̃ actione ad exhibendum, quia non poteſt appellare, ſm Spec. in d. §. in quibus, verſ. ſed nunq̃d in actione, quod intellige, & declara, vt ibi p̃ eũ.
332 † Vigeſimoſexto limita, q̃n cauſa eſt deciſa per iurm̃ delatum vel relatum, quia non poteſt appellari, tex. eſt, & ibi Bart. & doct. in l. generaliter, §. ſed iuro, C. de reb. cred. & Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 21. ff. de iureiu.
333 † Vigeſimoſeptimo limita, q̃n Abb. vel alius ſuperior r̃laris vult corrigere ſubditum ſuũ regularẽ de aliquo exceſſu, q̃a à tali correctione nõ põt appellari, ex quo fit p̃ ſalute aiæ ipſius correcti, c. licet de off. ord. & c. ad nr̃am, & c. reprehenſibilis, in fi. & c. cũ ſpãli, in fi. de app. quod intellige, niſi corrigens excedat modũ in corrigendo, quia tunc appellari põt expreſſa cauſa grauaminis, ſm gl. & Phil. in d. c. ad nr̃am, & eſt tex. ĩ c. de priore,
334 eo. ti. † Item, prædicta p̃cedunt in clerico regulari, ſed in clerico ſeculari eſt ſecus, q̃a ille

ille pōt appellare correctione vt not. Spec.
335 in d.§.in qbus,vers.11. † nā maior dr̄ potestas Abb.in monachum furem,quam epi in clericum secularem,vt no.Abb.& Phi.in d.c.ad nostram,& in d.c.reprehensibilis, & prædictis adde Fel. in c.sup lr̄s.col.11.ver. to.ita,&c. de rescr. & Cald.in ɔ̄s.3.in tit.de
336 app.† Vigesimooctauo limita,nō procedere in causis,in quibus appellatio est prohibita per rescriptum principis, vt qñ princeps cōmittit causam appellatione remota, quia tunc non potest appellari,l.1.in fi & ibi gl. & Bar.ff à qbus app.non licet, & cap.pastoralis, de app.iu'm, ꝙ licet appelletur à snia diffinitiua, potest tñ interim appellatione remota, vel pendente, executioni demandari,s̄m Phil.in d.c.pastoralis,col.2.versic. 4.operat,&c.per tex.in c.pastoralis, §.præ-
337 terea,de off.del. †Nullus aūt potest hanc clau in rescriptis ponere, nisi solus princeps,vt dicit, tex.in d.l.1.in fi.quod tñ intelligitur, qñ remouetur appellatio à diffinitiua. Secus,si ab interlocutoria,quia tunc ēt inferior à principe,potest vti dicta clausula & potest tollere appellationem, s̄m Bart.in l.C.fi.de sent.& Bar.in d.l.1.§.fi.ff.à q.app. non licet. Verum dicit Bart. ibi, ꝙ friuola tm̄ appellatio censetur remota, put ēt tenet Ias.in l.4 §.si is,p quo.col.1.ff.quod quisque iuris.& s̄m hoc ista cla frustratoria.qa sine ea appellatio friuola remouetur à iure, p text.in c.cum appellationibus,de app.
338 lib.6.†Quis aūt sit effectus huius clausulæ appellatione remota,&qd opatur,vide plene per Phil.in d.c.pastoralis de app.vbi plures effectus enumerat, & vide plenissime per Io.de Imol. in d.l.1.fi ff à q.app.non licet, vbi per 24.col. tangit plene hanc māin melius, quam alibi, & aliquid per Fel. in c. causam,quę,col.pen.de rescr. & Spec.in tit.
339 de app.§.in quibus, vers.verum quia. † & inter alia est sciendum, ꝙ ista clausula appellatione remota, nihil operatur in præiudicium tertij,vt est tex.in cap.sup eo.& ibi Abb. de off.del.& Bar.in d.l.1.§.fi.& Ph.in
340 c.pastoralis,col.fi.in 7.q. † Et si opponeretur cōtra prædicta,ꝙ appellatio,est defensio,c.cum speciali.§.porro,de appel.&princeps non potest tollere defensiones, per ea, quæ hñr in cl.pastoralis.de re ind.poterit respondere, ꝙ contrarium procedit in defensione inducta à iure nāli, prout est citatio. sed appellatio,est defensio iuris positiui vñ potest tolli p principem. ita declarat Ph.in d.c.pastoralis,col.7.in fi ver.quæritur, &c. & Ioan.de Imol.in d.l.1.§.fi. & Fel.in rub.
341 de app.col.3.in fi. & in c.1.de rescr. † Vigesimonono limita,non procedere,qñ quis renunciauit appellationi, quæ renunciatio pōt fieri expresse, & tacite. Expresse fit,per verba expresse, & specifica, declarantia ipsam renunciationē appellationis, & non inducitur renunciatio eo ipso,ꝙ quis pmittit stare sniæ iudicis, s̄m Phil.in c.ad hæc.el ij. de app. & ꝙ possit fieri renunciatio appellationis,est tex.in l.fi.in fi.C.de temp.app.& in l.si quis libellos.C.de appel.& in c.solicitudinem de app. & not.And.de Is.in c.1.§. item sacra, col.5.in fi. de pace iu.fir. & Soc. in cons.45.col.5.& 6.in 1.vol.renunciatio vero tacita, potest pluribus modis induci. Primo.n.per desertionem appellationis, & hic potes cumulare oēs modos,quos refe-
342 ram infra in vlt.q.principalis. † Secundo modo,inducit renūciatio eo ipso,ꝙ appellans post interpositā appellationē litigat adhuc corā iudice à quo q3 redeundo ad ipm, cēset appellationi renunciare,tex.est, & ibi p Ph.in d.c.solicitudinē,& in c.gratū de of. del.quod tñ limita,sex notabilibus modis, quos ponit Phil.in d.solicitudinē,& tangit Idē Phil. in c.cū teneamur in vlt.not.de ap. Eodē modo inducit renūciatio eo ipso, ꝙ appellās post appellationē adit aliū iudicē supiorem,& nō iudicē ad quem, s̄m Abb. in d.c.solicitudinem, col.2.ver.vlt.no. vnā
443 tiam,&c.† Et ex pdictis apparet dña inter reductionem ad arbitrium boni viri, & appellationem, qa ante sententiā nō pōt renunciari reductioni, p quæ plene hñr in c. quintauallis de iureiu. sed appellationi potest renunciari ante sñiam, vt d.l.fin.in fi.C. de temp.app.vt refert Phil.in d.c.ad hæc, el 2.circa fi.& hr̄ per Bal. & Ang.in l.tale pactum,§ q puocauit,ff.de pac.plene p Ang. in cons.187.vbi pulchre loquitur,&Pau.de Cast.in cons.260.col.j.in 1.vol.& in tm̄ pcedit dicta renunciatio, ꝙ ēt si renuncians adhuc est infra decem dies datos ad appellādum,nō potest vlterius appellare, s̄m Car. in cl.2.§.1.in fi.de app. & Io.de Ana.in cōs.
344 50.col.1.† An aūt possit renunciari volente appellatio? vide Fel.tenentem,ꝙ non,in
345 c.ex parte S.col.2.de rescr. † Trigesimo limita,

mita, non procedere in appellatione friuola, quia ab omni actu est prohibita, non debet admitti per iudicem, neq; lex ipsam admittit, c.cũ appellationibus, de appel.lib.6. & not. Ang.in cons.140.imò de iure canonico ille, qui friuole appellat ab actu, pôt per iudicem a quo, excõicari, vt contumax, sm Abb.in c.solicitudinẽ, in 1.not.de app.vbi plus dicit, quod pôt et mulctari, & licet cõtra hoc videatur gl.in l.1.§.fi.ff.à qui.appel.non li.quę facit drĩam inter ius canonicum, & ciuile. Dicit enim, quod de iure can.nõ punitur temere appellãs, nisi expẽsis, secus de iure ciu.& illam gl.sequunt Abb.& Phil.& cõiter doct.in c.
346 ij.de app.† tñ debet illa gl.limitari.s.vt nõ puniatur pœna extrinseca, sed bene pôt excõicari ob contumaciam, quia temere appellando arguit se contumacem. Item debet limitari, vt non puniat. nisi iudici videbit ob eius calũniam, & manifestam temeritatẽ.ita pulchre distinguit, & declarat Abb.in d.c.2. in 1.no.de app.& ita debet intelligi, & limitari, qđ no.Bal.in l.2.col.1. C.de episc.aud. vbi dicit, quod de iure can.temere appellãs, nõ punitur, qđ debet intelligi.s.pęna apposita in illa l.quæ est 50.librarum argenti, sed bene pôt alia pœna mitiori puniri ad arbitriũ iudicis, per ea quæ dicit Abb.in d.c.2.sed de iur. ciu.appellãs friuole, punitur pęna 50.librarum argẽti, vt est text.& ibi Bal.in d.l.2.C. de episc.aud.& tex.in l.ab executione, in fi.
347 C.quo.app.nõ recip.† Super hoc est sciendum, quod reperio tres pœnas in hac mã proditas à iure ciu. vna est 50.librarum argenti, vt modo dixi, alia est pœna extraordinaria ad arbitriũ iudicis.l.eos.§.ne temere. C.de appel. Alia est pœna amissionis causæ, & not. infamiæ.l.à proconsulib. C.de app.quõ aũt debeant irrogari dictæ pœnæ, ne videantur istæ leges ad inuicem cõtrariari? Bar.in d.l. à procõsulibus, facit vnam distinctionem, videlicet, aut appellatio recipitur per iudicẽ à quo, & punit extra ordinẽ, per d.§.ne temere. Aut nõ recipitur, & punit not. infamiæ, & amissione causę, per d.l.à proconsulib. Aut quis appellat ab executione, & punit pœna 50.librarum argẽti per d.l.ab executione, ita distinctio Bar.est defectiua, quia in l.ij. C. de episc. aud.non dr de appellante ab executione, & tñ irrogatur illa pœna.vnde ego magis clare cõcordando istas ll.ita distinguo. Aut quia appellat ab interlocutoria friuole, aut à diffinitiua. Primo casu punitur pœna 50.librarum argenti, per tex.in d.l.2. vbi expssit loquitur imperator de appellatione ante sniam, & refert se ad decisa per d.l.ab executione, & declarat ibi gl.in vers.sanctio. Idẽ probatur in d.l.ab executione, vbi loqtur de appellante ab executio, vel ab articulo, & sic innuit de appellatione ab interlocutoria. Secũdo casu s.qñ appellat à diffinitiua, & tunc subdistinguo, aut appellatio recipit, aut nõ sm Barto.
347 in d.l.à proconsulib.vt supra retuli. † Quæ aũt dicatur appellatio friuola, seu frustratoria, vel temeraria? Dic quod dr illa, quæ interponit sine legitima causa, vt qñ quis appellat, vbi nõ est grauatus iniuste, & sic idẽ est dicere friuolã, quoad vanã, & inanem, & sine causa iusta interpositam, quæ nullũ poterit sortiri iuris effectũ, ita declarat Gem.in d.c.cũ appellationib.col.2.vers. quæro qd impor-
348 tet, &c.de appel.lib.6.† & intñ lex habebit odio hmõi appellationes friuolas, quod nõ solũ introduxerit pœnas supradictas, verũ ẽt cẽsetur fieri iniuria iudici à quo, qñ friuole appellatur, adeo quod pôt iudex agere actione iniuriarum, vt est gl.sing.in l.fi.in gl.fin.C.qñ prouoc.nõ est necess.& illã gl.seqtur Gem.in d.c.cũ appellationib.col.2.& Fel.in c.2.col. 1.de appel.& est gl.expssa in c.si quis ppostera,
349 in gl.2.dist.50. † & hoc no.pro limitatione.l.& in maiorib. C.de app.quæ dicit, qđ is qui appellat, nõ facit iniuriam iudici, quia debet intelligi, qñ iuste appellat, non aũt fri-
350 uole, ita dicit gl.in d.l.fi. † Trigesimoprimo limita, non procedere in causa iurim in litem, quia à iuro in litem, non appellatur, sm Bart.in l.in actionib.in fi.ff.de in litem iur. & ibi Sal.& Ias.& cõiter Mod. & Inn. Ant. de Butr.& Imol.in c.fin.quod metus causa, quod tamen limitat Ias.in d.l.in actionib. in fin.col procedere de iure ciuili. Secus de iure canonico, quia potest appellari, sicut potest ab omni grauamine appellari co iu-
351 re, c.vt debitus, de app.† Trigesimosecundo limita, non procedere in sententia excõicationis, quia ab ea non appellatur ad effectum retardãdæ executionis. Idem in sententia interdicti, sm Spec.in tit. de app.§.in quibus, vers.17.& per App.& Phil.in c. pastoralis.§.verum, de appel.& gl. in vers. suspendatur, & ibi Abb.in cap.ad reprimendam, de off.ord.& habetur in cap. qua fronte, & c.quæstioni de appell. & in c.per tuas,

de

de sent.excō.& hanc mām declara, & limita
vt plene dixi supra in 2. q. principali, in 4.
352 dña,vers.5.limita, &c.† Trigesimotertio,
limita non ꝑcedere,qñ sentētia est ipso iure
nulla,quia ab ea non appellatur,sed de nulli
tate dr̄,vt in toto tit.C.qñ prou. non est ne-
353 cess.& Spe.in d.§.in quibus, vers.18.† Tri-
gesimoquarto,limita non ꝑcedere in eo, q
in causa principali, nihil ꝓduxit,neque pro
bauit,quia si succumbit, non pōt appellare,
nisi ante omnia reficiat expensas aduersario
alias non auditur appellans,nisi ꝓbauerit se
iuste impeditum,& ita seruatur in regno,&
de hoc est regia prag.in nu. 27.q incipit,qui
in causa vbi plus cauetur.s.ꝙ victor debet sa
tisdare de soluendis illis expēsis,quas recipit
qñcunque iudex appellationis hoc iudicaue
rit. Item, limitatur non ꝑcedere in misera-
354 bilibus ꝑsonis, vt ibi hr̄. †Trigesimoquin
to,limita non ꝑcedere, qñ quis gñaliter ap-
pellat ab oī grauamine,quod posset ei irro-
gari in aliqua cā. vel ī alijs causis q poterunt
contra eum intētari : nam ista dr̄ appellatio
gñalis, & vaga quæ nihil valet , & nō admit
titur , tex. est in c.2. & cap.consuluit,el 2.de
app.& licet de iure antiquo valuisset appella
tio gñalis. facta respectu vnius causæ, vt dr̄
in d.c.consuluit. tñ hodie est correctum per
clem.appellāti,de app. qua cauetur, quod in
appellatione à grauamine,debet inseri causa
& illā solā causam expressam pōt appellans
ꝓsequi.vnde si appellatur gñalr̄, ista appella
tio non ꝓdest, nisi quo ad causas grauami-
nis expressas.ita tenet Phil.in d c.consuluit,
el 2.quod nota, quia quotidie euenit qđ ali
qui faciunt istas appellationes gñales ad oī
grauamine,nulla causa expressa, q̄a illas nō
pñt de iure postea prosequi,nam à grauami-
ne non illato nec cōieato,non pōt appellari
355 fm Ang.in cons.188.† Trigesimosexto li
mita,non ꝑcedere in mandato facto alicui,
qđ in sua ecclesia resideat, quia à tali manda
to non appellat,nisi iusta causa,& iustum im
pedimētum exprimat in appellatione , text.
est , & ibi gl.& doct.in c.puenit,el 2.de app.
356 Trigesimoseptimo limita , nō ꝑcedere in
omni actu,q fit fm iuris dispositionē, & ca-
nonicas sanctiones , q̄a à tali actu fm leges
celebrato non appellatur.nam à iudice iuris
dispōnem , & decretum exequente non pōt
appellari quia talis appellatio est ɔtra leges
tex.est in c.cōsuluit . el 3.de app.& ista ēt est
rō ꝑcedentis limitationis, quod tñ limita,&
declara , nisi in appellatione insereretur ta-
lis causa rōnabilis ꝑ quam specialr̄ in illo ca
su admitti deberet , quia tunc valet appella-
tio , & debet admitti fm Phil.in d.c.ɔsuluit,
357 el 3.& i c.de priore,eo.ti.† Trigesimoocta
uo limita , non ꝑcedere in declaratione da-
tionis terminis ad ꝓducendum testes,& in-
strā,& ad ꝓbandum in causa feudali,quia à
breuiatione, & modificatione dicti termini
nō pōt appellari in regno, imò appellās pu
nitur ad pœnā quinquaginta florenoꝝ auri,
& app.non valet,nec retardat executionē ita
de hoc est ritus magnæ curiæ in nu.6.qui in
cipit,item,ꝙ termini &c. iuncto ritu ꝑcedē-
358 ti,q expresse loqtur in causa feudali.† Tri
gesimonono limita , non ꝑcedere in decre-
to,quo iudex ꝓnunciat aliquem hr̄i ꝓ con-
fesso,ex quo noluit cōparere ad se examinā
dū,vt principalē,facto sibi mandato sub pœ
na ɔfessi nam à tali decreto nō pōt appella-
ri in regno.Veꝝ in vltima citatione , q fit de
bet inseri totus tenor articuloꝝ , ita de hoc
est ritus magnę curię in nu.260.qui incipit,
itē seruat ipsa curia , qđ si quis &c.Quid aūt
sit de iure cōi,vide Phil. Decium in cons.34,
359 col.2. in prin. † Quadragesimo limita,nō
ꝑcedere in eo,qui est ɔuictus de furto mani
festo, q̄a non pōt appellare fm And.de Iser.
in tit.quæ sint rega.vers.& bona,&c.col.10.
360 Quadragesimoprimo limita,non procede
re, qñ certa pœna irrogatur à lege ꝓ aliquo
delicto, & ɔdemnatus de illo delicto fatetur
se deliquisse,sed dicit se grauari, quia est ni
mis magna pœna,& ꝑpea appellat,nam ta-
lis appellatio non admittitur fm Andr.de
Iser.in ɔst.intentionis col.fi.vbi ponit exem
plum , de pœna portationis armoꝝ. Et pōt
hoc suaderi rōne, quia tunc iudex exequitur
legē,quo casu nō appellatur vt dixi supra ꝓ
xime in 37. fall. & est gñalis rŀa in iure,ꝙ à
lege gñali appellari non pōt: facit l.ꝓspexit,
ff.qui,& à q̄bus,& vide Fel.in c.cum non ab
361 homine,col.pen.& fi.de iudicijs.† Quadra
gesimosecundo limita,non ꝑcedere in man
dato facto alicui, vt declaret an scriptura sit
sua,quia appellare non pōt:fm Bal. in cons.
362 335.in 4. vol.† Quadragesimotertio limi
ta,non procedere, qñ ordinarius delegauit
aliquam causam,& postea talem delegatio-
nem reuocat , q̄a à tali reuocatione nō pōt
appellari , ex quo istud dependet ex mero
arbitrio:

arbitrio & auctoritate delegantis, l. iudiciū soluit, ff. de iudicijs. ita tenet Bal. in cons. 3.
363 in v. vol. † Quadragesimoquarto, limita non procedere qñ aliqua causa est cōmissa cō scientiæ alicuius, quia ab eius sñia lata ſm suam conscientia non pōt appellari, gl. est in c statutum, §. assessorem de resc. lib. 6. & tenet Pet. Ph. Cor. in cons. 188. col. 2. in lra C, in 3. vol. de cuius tñ dicti veritate, vide Bal. in l. 1. C. de reb. cred. & Petr. Ph. Cor. in dec. cons. 187. circa finem, & vide plene per
364 Fel in c. super his, col. 5 de accusatio. † vbi etiam plene tangit, quid si causa cōmittitur arbitrio iudicis, verum tunc possit appellari ab e us sñia? & ponit rlam quod sic, cum nō nullis fallentijs, de quibus ibi per eundem Fel. in c. significasti, el primo, de homicidio.
365 † Quadragesimoquinto limita, generalr̄ in omnibus casibus, in quibus aliquid committitur a lege, vel à superiore in potestate iudicis, & non in necessitate, vt quia pōt aliquid facere, si vult nō tñ tenetur iuxta l. nō quidquid, ff. de iud. quia tunc si iudex illud non facit, non pōt appellari, ex quo facere non tenebatur, ſm Fel. in c. super his, col.
366 5. de accus. † Vltimo pro cōplemento huius mãe, scias, ꝙ in oībus casibus prædictis & alij. qui in iure reperiri pñt, in quib. non pōt appellari à sñia diffinitiua, semper pōt appellari ab interlocutoris, quæ emergunt ante sententiam diffinitiuam ē. de iure ciui li. & rō est quia earum grauamen non speratur posse reparari per appellationē à diffinitiua, cum ab illa non possit appellari. ita multum notanter tenet Ang. in ꝯs. 46. &
367 cons. 188. Item omnes leges, quæ prohibent appellationem, sunt odiosæ, cum sint contra regulas iuris communis, quæ ꝑmittunt regulariter ab omni actu appellari, & ideo restringi debent, prout possunt, secundum And. de Iser. in cap j. vers. & bona, &c. col. 10. quæ sint reg. sequitur 5. quæst. princ.

VENIO ad quintā q. principalem, &
368 q̄ro, iuxta ordinē præpositū. † Ad quē iudicē appellari debeat. super ad q. pono rlam gñlem, ꝙ appellatio debet fieri à minori iudice, ad maiorē, proximum, & immediatū non aūt pō fieri ad æqualē, nec ad inferiorem, nec ad alium superiorē distantē, & nō proximum, qa non pōt appellari rlr, obmisso medio. ita hæc oīa tenet Spec. in ti. de ap. §. nunc tractemus, in pri. & dixi supra in 2. quæst. principali, in princ. pro hoc est text. in l. imperatores, ff. de appell. & not. Ioā. de Ana. in cons. 2. ista ergo sit prima rla, qđ appellari debeat gradatim, & sic ad proximū superiorē, vt plene tradit in c. dilecti, el 3. de
369 app. & in consti. capitaneorū. † Istam rlam limita, primo non procedere, qñ appellatur ad Papam, quia semper pōt appellari à quocunq; iudice ad Papam obmisso medio, & hoc de iure canonico, tex est. in c. ad Ro. secunda, q. 6. & in c. si duob. & c. solicitudinē de app. & not. Spec. in d. §. nunc tractemus, in prin. & Ph. in c. si duob. col. pen. & in d. c dilecti, el 3. vbi plene. Secus est de iure ciuili. qa nō pōt appellari ad principē obmisso medio, ꝑ d. l. impatores, ff. de appell. & tenet Io. de Ana. in d. ꝯs. 2. & Soc. in ꝯs. 39. col. 4. in 4. vol. & doct. ī d. c. si duob. & d. c. dilecti, imò qñ fit appellatio, & obmisso medio de iure ciu. censetur facta ad proximū supiorem, ſm Bald. in cons. 89. in 3. vol. & Soc. in d. cons. 39. col. 4. per l. 1. § si qs appellatione ff. de app. & Phil. in d. c. dilecti. in 4. col. ver. conclude &c. ꝑ And. de Iser. in d. consti. capi
370 taneoꝝ. † Illud tñ, quod dixi posse appellari ad Papā, obmisso medio, limita ī vno casu s. qñ delegatus Papæ causam subdelegat aliquid sibi reseruādo, qa tunc à sñia subdelegati nō pōt appellari ad Papam, sed debet appellari ad delegantē, text. est, & ibi Gem. in c. si delegatus, § si de off. dele. lib 6. & hr̄ in c. cum te. & c. super q. §. porrò de off. del. & per Ph. in c. si duob. col. pe. vers. sed limita, &c. de app. Quæ aūt sit rō diuersitatis inter ius ciuile & ius canonicum, quare alteꝝ permitti appellari ad principem obmisso medio, & alteꝝ non. vide Spec. in ti. de app. §. nunc tractemus, col. 1. Et prædictā limitationē intellige & declara, dūmodo excipiatur. quia tunc non valet appellatio ad Papā obmisso medio in casu ꝓposito, nec deuoluit negociū, stante excep. opposita. Secus si nō opponitur, qa tūc tenet appellatio, ēt in d. casu ad Papam, ſm Phil. in c. dilecti, el 3. col. 6. vers. 10. &c. cū seq. de app. & Arch. in c. si delegatus, & ibi ēt Gem. col 3. vers. sed quid si, &c. de off. del. l b 6. per do. de Rota in dec. 387. quæ incipit, si tres sunt, &c. in nouis, & vide sex pulchras declarationes datas ad d. c. delegatus, & ad hanc ꝓximam limitationem per Ph. in d. c. dilecti, colum. 6.
371 † Secundo principaliter limita, non ꝓcedere

dere in legato papę, quia sic ad eum potest
appellari, obmisso medio, ſm Abb. in d. c. di-
lecti, col. pen. vers. extra gl. &c. & ibi etiam
Phil. col. 6 ver. 8. limitatio, &c. & Phil. in d.
c. si duob. col. pen. de app. vbi idem dicit in
Patriarca, ad quē pōt appellari. obmisso me
dio. & idem tenet in d. c. dilecti, col. 6. versi.
9. limitatio, &c. ſm Inno. in c. antiqua, de
priuil. & Spec. in d. §. nunc tractemus ver. &
372 nunquid, &c. † Tertio limita nō procede
re i scholari, qa ex speciali priuilegio sibi cō
cesso p imperatorem, per auth. habita, C. ne
fil. prop. pōt scholaris appellare à quocunq;
iudice inferiori ad imperatorē, obmisso me
dio, ēt de iu. ciu. ita tenet Bal. in d. auth. habi
ta, col. 4. ver. deinde sequitur, &c. vbi dat duas
specialitates scholaribus ꝯtra ius cōe. Prima
est, vt possint ab oī grauamine appellare,
quod iu. ciu. rīe est prohibitum, per l. 2. ff. de
app. recip. Secunda est, vt possint appellare
ad principem obmissis medijs, & istud dictū
sequitur Phil. in d. c. si duobus, col. pen. in fi.
& Alex. in l. j. §. si qs i add. ad Bar. ff. de app.
373 † Quarto limita non procedere, qñ fieret
appellatio, obmisso medio, & nō opponere
tur. quia ꝓcedit appellatio, & valet ꝓcessus.
qa vnr partes cōsentire, & iurisdictionē pro
rogare, ſm Philip. in d. c. dilecti, col. 3. vers.
in eadem, &c. & ibi etiā Abb. in 3. col. versi.
excipitur, &c. & Gem. in c. si delegatus, col.
3. de off. dele. lib. 6. & Rota in dec. 387. inc.
374 si tres, in nouis. † Quinto limita nō ꝓce-
dere, vbi extaret consuetudo appellandi, ob
misso medio, qa tunc valet appellatio aucto
ritate ꝯsuetudinis tex. est i c. Rom. §. j. de ap
pel. lib. 6. & est gl. in d. c. dilecti, & ibi Phil.
375 in 3. col. ver. 2. limitatio, &c. † Sexto limi-
ta in oibus casibus, in qbus proximior me-
dius esset inhabilis vel rōne suspicionis vel
excōicationis vel alterius inhabilitatis, quia
tūc eo obmisso pōt appellari ad alium supe
riorem, & pōt esse exemplum qñ eps recusa
tus, vt suspectus, delegat cām, quia tunc à de
legato non appellatur ad eundem epm dele
gantem, pp suspicionē, sed potest adiri alius
superior, obmisso medio, ſm Abb. in c. dile-
cti, col. pen. ver. 9. casus, & ibi ēt Phil. col. 5.
376 ver. 6. & ver. seq. † Septimo limita, qñ eps
litigaret cum eius subdito, quo casu eligun
tur arbitri, nam à snia illorum arbitrorum
non appellatur gradatim, sed ad Papam, gl.
est in c. ab arbitris, de offic. dele. l. 6. & no.
Abb. in d. c. dilecti, col. pen. & ibi etiā Phil.
in 4. col. vers. 3. &c. Idem est, qñ appellatur
ab arbitris electis super recusatione suspe-
cti, vt d. c. ab arbitris, &c. cū cessante, de app.
377 Octauo limita, non ꝓcedere hodie in re-
gno, quia potest à quocūque iudice appella
ri ad regiam vel ad magnam curiam vicariç
obmisso medio, vt est const. regni. q̄ incipit,
cū noua, & ibi gl. & Matth. de Affl. in fi. col.
Probatur ēt in const. appellationum ꝑpa, &
p hoc vr̄ esse in regno correcta dispositio, l.
imperatores, ff. de app. vt dicit gl. in d. const.
cum noua, & no. And. de Iser. in ꝯst. officio-
378 rum. † Nono limita non ꝓcedere, qñ dele
gatus principi, subdelegata totā causam, ni-
hil sibi reseruando, quia tunc à snia subdele
gati appellaē ad principē, obmisso medio.
Secus, si subdelegās aliqd sibi reseruat. text.
est in c. sup q. §. porrò, & ibi Abb. & doct. de
off. deleg. Secus est in subdelegato inferioris
à principe, qa tunc appellatur ad ipsum sub
delegantem, ſm Fel. & doct. in d. §. porrò, &
Spec. plenè in tit. de app. §. nunc tractemus,
col. 2. & 3. quod an sit verum, & quo proce-
dat, vide quæ dixi supra in 4. parte, in 5. dist.
iudicioꝝ, ver. 4. differunt, &c. vbi posuit ve-
379 ram ꝯclōnem in hac mā. † Decimo limita
non ꝓcedere, qñ proximus superior esse ab
sens, longo impedimento impeditus, vel qñ
simul cum inferiore iudicauit qa tūc appel-
laē ad alium superiorē, obmisso medio, ſm
Bar. in l. j. § si qs, col. fi. ff. de app. plures alias
limitationes poteris videre p Abb. & Phil.
in d. c. dilecti, & per Fel. in d. §. porrò, col fi.
SECVNDA principalis regula in hac
380 mā est, qp † à snia vicarij, seu substitut, non
appellaē ad substituentē, puta epm, ex quo
est idem tribunal, sed appellatur ad superio
rem substituentis, vt est tex ſm vnū intelle-
ctū, in l. j. §. ab eo. & ibi Bar. ff. quis & à quo
app. & Bar. in l. papinus, in prin. C. de app.
& tex. cum gl. in c. Rom. de app. li. 6. & in c.
non putamus, de consue. lib. 6. & p And de
381 Iser. in cōst. officioꝝ. † Limita primo hoc
ꝓcedere in vicario generali, quia ille dr̄ hr̄e
ordinariā iurisdictionem, quam habet eps.
Secus, si esset aliquis deputatus vicarius par-
ticularis in vna causa tm̄, vel i vno loco par
ticulari dioecesis, qui dicitur vicarius fora-
neus, seu ruralis, quia tunc dicitur iste vica-
rius hr̄e delegatam iurisdictionem, & ab eo
potest appellari ad epm, vel ad alium substi-

tuentem, seu ad vicarium generalem, vt no. Cald. in consti. 2. in tit. de appel. & hr in d.c. Romana, & ibi Gem. & doct. & no. Card. in cle. 2. in 24. q. de rescr. p ea quæ no. gl. i d.cl. 2. in vec. foraneo. & Gem i c. j. in 2. q. de off. ord. lib. 6. & Fel. in rub. de off. del. col. fin. & Alex. in rub. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. in pen. col. in princ. & Ang. in d. l. præcipimus, & dixi plenè supra in v. dist. iudicio
382 rum, & ibi vide. † Secundo limita, procedere in appellatione secus in rest. in integ. vel nullitate, quia potest intentari corā epo, & econtra sententia epi coram vicario, fm Phi
383 lip. in d.c. dilecti, i x. & xj. q. † Tertio, limita nō pcedere in vicario principis: quia ab eius sententia appellatur ad principem, ex quo non reperitur alius superior, fm Phil.
384 in d.c. dilecti, in 7. q. † Quarto, limita procedere in his, quę de iure cōi spectant ad vicarium, quia dr ordinarius. Secus in his, quę non veniunt in generali commissione vicariatus: nisi specialiter committantur: prout sunt causę criminales, & conferre beneficia, & similia. quia in his dicitur delegatus, & ab eo appellatur ad episcopum committētem. ita dicit Fel. in c. licet, col. j. de off. ord. & in rub. de off. deleg. col fin. per ea, quæ hñr, in c. 2. & c. fi. de off. vic. lib. 6. & dixi plenè supra
385 in 5. dist. iudiciorum, in 1. 2. car. † Et quia supra in præcedenti limitatione dixi quod à vicario particulari potest appellari ad vicarium gñalem, per hoc vr exurare conclusio, quod à delegato epi potest appellari ad vicarium episcopi. Quod tamen intellige procedere quando episcopus esset absens à diœcesi, secus, si esset præsens, quia tunc esset omnino appellandum ad episcopum, & non ad vicarium. ita declarat Abb. in c. dilecti, el 3. col. 2. de app. Sed verior est opin. q indistinctè possit appellari ad vicarium, vel ab episcopum ad arbitrium appellantis, siue sit absens, siue præsens eps, vt est decisio Rotæ 350. in nouis, & Phil. in d.c. dilecti, in 2. q.

Tertia principalis regula fit in hac
386 mã † quod à sñia delegati appellatur ad delegantem, & non ad alium superiorem tex. est in l. j. in prin ff. q̃s & à quo app. & in l. imparores, § j. ff. de app. & ibi gl. i l. pcipimus, §. hęc si, & ibi gl. C. de app. & no. Bar. i d. l. 1. §. ab eo. Sed à sñia subdelegati, ad quē appellatur? dic q sit dña. Si delegatus subdelegat totam causam appellatur ad primū delegantē obmisso medio. Si vero nō delegat corā sed aliquid sibi reseruat, & tūc appellaē ad ipsum subdelegantem proximum. Ista est cōis conclusio, quæ traditur per gl. & doct. in c. super qōnum, §. porrò de off. delegati quam tenui supra in 5. dist. iudiciorum, vers. 4. differunt, &c. est gl. in c. si is, cui de offic. deleg.
387 lib. 6 † Prædictam regulam limita non pcedere in casu, qñ delegās esset suspectus, & rōne suspicionis causam delegauit alteri nō suspecto, iuxta ea, quę traduntur in c. iudex ab apostolica, de off. deleg. lib. 6. quia tūc nō appellatur ad delegantē, sed ad aliū superiorem, obmisso medio, vt hr plenè p doct. in c. si q̃s ɔtra clericum, de foro comp. & per gl. in c. si is cui, de off. deleg. lib. 6. & Phil. in c. dilecti, el 2. col. v. ver. 6. limitatio, &c. de ap.
388 Quarta rła sit, † quod vacante imperio, appellatur indistinctè ad Papā, obmisso medio, ita tenet Abb. in c. licet ex suscepto, & ibi etiam Fel. in 2. col. de foro comp.
389 Quinta regula fit, † q si in aliqua ciuitate deest, vel abest iudex appellationis, pt appellari ad decuriones, & primates illius ciuitatis, fm Bar. i l. vbi absunt, ff. de iu. & cura da. ab his, & Bar. in l. quoties, ff. ad mun. & Bal. in l. 2. C. qñ fiſ. vel priua. in 2. col. per tex. quē dicit ad hoc esse singularem, in § & hoc puenit in auth. vt nulli iud. & Fel. in c. q̃relā, col. fi. de iureiur. de cuius dicti veritate, vide plenè Fel. in rub. de appel. col. 4. & 5.
390 † Et no. illū tex. in d. § & hoc peruenit per quem habes quotidianā practicam, qñ officialis ciuitatis facit aliquam iniustitiā phibendo aliquid fieri, quod de iure prohiberi non potest. nam tunc potest haberi recursus ad epm ciuitatis vel ad decuriones, vt prohibeant iudicem, & prouideāt huic iniustitię.
391 Sexta regula fit, † q si iudex laicus committit causam episcopo, à sententia nō appellatur ad Papam, sed ab ipsum delegantem laicum, vel ad eius superiorem laicū, secundùm Bald. in l. si qui litigantium, circa finem, C. de episc. aud.
392 Septima † regula seu conclusio fit, quod qñ duo iudices pronunciauerunt sup eadē causa, quorum vnus est laicus, & alter cleric⁹, appellari dēt ad superiorē ecclesiast. attento digniori, ita d. Bart. in l. j. §. si quis, col. fi. ff. de app. & Alex. in cōs. 186. incip. viso processu causæ vertētis, &c. in j. col. in 2. vol. & Sal. in l. præcipimus, C. de appell. &

Iaſ.in l.imperium, col.3.verſ.4.facit,&c. ff. de iuriſ.om.iud.& Bal.in rub.extra de app.
393 †& idem eſt, qñ clericus & laicus eſſent arbitratores, qa reductio fit ad ſuperiorẽ eccleſiaſticum, vt no.Lud.R. in ꝯſ.265. & Iaſ.in
394 d.l.imperium.col.4. †prædictis adde.quæ in ſim not.Soc.in ꝯſ.12 col 6.in 1.vol. & Iaſon.in l.ſi emancipati,C.de col.& Fel.in c. 1.col.4.de praeſc.vbi ſinguľr d.Fel. ꝙ ſi ſunt plures inquiſiti ꝑ iudicem ſecularem de aliquo crimine,inter quos eſt vnus clericus, q petit ſe remitti ad epm pñt oẽs alijs inqſiti laici petere ſe remitti ad epm,occaſione clerici, & eſt notabile dictum licet ſubdat Fel. ibi,ꝙ ſi eps non puniuit laicos ſufficienter. poſſet poſtea iudex ſecul.iterũ eos punire.
395 †OCTAVA rľa eſt, qđ à decreto de curionum,ſeu priorum ciuitatis põt appellari ad capitaneũ,ſeu officialem ipſius ciuitatis, dummodo habeat merum, & miſtum imperiũ,& non ſit creatus ab ipſius decurionibus,ſed ab alio ſuperiore,ita tenet Bar.in l.1.§.ſolent, ff. qñ app.ſit & ibi tenet Bart.
396 † quod nemo poteſt eſſe iudex appellationis,niſi habeat merum,& miſtum imperiũ, quia appellatio eſt miſti imperij.
397 †NONA regula eſt,ſi iudex laicus ꝓnunciat ſe competentẽ in aliqua cauſa ſpirituali debet à tali pronuncia appellari ad epiſcopum,& non ad ſuperiorem laicum,ſecundum Bal.in conſ.44.in 2.volum.
398 †DECIMA rľa eſt,ꝙ in regno à ſnia oĩum iudiciũ ordinarioꝝ, quarũcunq; ciuitatũ, põt appellari ad magnã curiã vicariæ, & ſiľr à ſnia regis,appellatur ad magnã curiam dũmodo non ſit de ꝯſiliarij, quia ſi de legatus eſt de ꝯſiliarijs, appellatur ad ſacrũ ꝯſilium,& non ad magnã curiã.hoc ꝓbatur in cõſt.ſtatuimus,la 2. & ibi hoc expreſſe tenet Matt.de Affl.in 5.no.& in ꝯſt.cũ noua.

SEXTO, principalr̃ ſequẽdo ordinẽ
399 præpoſitũ, †qro,qbus appellationibus ſit deferendum, vel nõ. Super hac qõne facias rľam gñalem, q eſt affirmatiua ꝙ rľr iudex à quo,tenetur quamlibet appellatiuum admittere,ſm Alex.i l.j.col.pe. ff.ſi quis caut. & ſi ipſam non admitti, ſeu non defert illi, punitur ad pœnam 30. libraꝝ auri, text.eſt in l.qm̃ iudices, C. de app.& in c.de priore, & ibi Ph.de app.vbi de iure canonico iudex non deferens mittitur ad ſupiorem puniẽdus arbitrio ſuperiores,ſed de iure ciuili eſt ſtatuta pœna 30 librarum auri, vt d l.qm̃ iudices,& l.iudicib.C de app.& no.Spec.in ti. de app.§ nunc d camus in prin. Iſtam rľam limita,non procedere in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita à iure, & in quibus iudex põt procedere appellatione pendente quia in illis,nõ tenetur appellationi deferre, c.cũ appellationibus,de appel.lib 6.& ꝑ ea,quæ no.doc. in d.c.de priore,& qui ſint iſti caſus põt ſatis aperte colligi ex his,quæ dixi ſupra in 2.q.prin. verſ.4. differentia in limitationib.primæ regulę,& ſupra in 4.q.prin.per totam cumulaui omnes caſus,in quibus prohibetur appellatio.
400 SEPTIMO, principalr̃ quæro,†qd poſſit facere iudex appellatione pẽdẽte.Dic ꝙ rľa eſt negatiua,ꝙ iudex à quo, pendente appellatione,vel pẽdẽte decẽdio dato ad appellandũ,nihil põt innouare in cauſa,vt eſt tex.in l.1.& ibi Bar.ff.nil no.ap.pend.& in c.non ſolum,de app.lib 6.imò innouata reuocanẽ ꝑ remedium attẽtatoꝝ,vt no plene Phil.in c.conſuluit, el ij.& c. bonæ de app.
401 † Et circa iſtam m ãm attẽtatorum,ſcias vnam pulchram dñam inter appellationẽ iudicialem, & extraiudicialẽ, qa qñ ſumus in appellatione iudiciali, reuocant oĩa attẽtata,ẽt quæ non ſunt directo cõtra appellationẽ,ſed in extraiudiciali reuocanẽ ſolum ea, quæ ſunt ꝯtra appellationẽ, & non alia. ita pulchre tenet Ph.in c.1.in vlt.no.de ap.
402 † Item adde,ꝙ adhuc vt attentata reuocẽtur,eſt neceſſe,ꝙ appellatio fuerit intimata iudici & parti.alias iudex & ps ſemp pñt de iure ꝓcedere i cauſa,qñ non hñt notitiã appellationes, & iſta attentata ab ignorantib. appellationẽ, non reuocatur ita tenẽt Ant. de Butr.& Imo.in c ſi.col.ſi de app.& ibi ẽt
403 Ph.antep.col.verſ.vlt.quæritur,&c. † põt peti reuocatio attentatorium, vſq; ad ꝯclõnem in cauſa,& non vltra, ſm Ph. in c.dilecti,el iij.col.2.de appel. & ibi ponit aliquas limitationes,in qbus attẽtata nõ reuocanẽ. Et de multis priuilegijs attentatoꝝ.vide plene ꝑ eundẽ Ph. in c.bonæ memoriæ col.4. & 5.de app. vbi ẽt tenet ꝙ nõ põt fieri reuocatio attentatioꝝ, niſi cauſa cognita, & ꝑte citata, & Ph.Dec.in ꝯſ.20. Itẽ illud,ꝙ dixi quod debet appellatio eſſe intimata iudici, & pti,ad hoc vt attẽtata reuocenẽ, intellige in app. iudiciali, ſecus in extraiudiciali, qa in ea reuocantur, ẽt ſi non fuerit intimata

ſm

fm Phil.in c.bonæ memoriæ,col.13.ver.9.
404 ꝯcl.&c.de app.† Itē adde ꝙ inim eſt priui-
legiatum remedium attē atoꝝ, ꝙ argēti vt
attenta reuocent,non pōt opponi exceptio
excōicationis,fm Phil.Dec.in ꝯſ.cc. col. fi.
405 ver.2.† Nec ēt pōt opponi exceptio ꝓprie
tatis,fm Card.in d.c.bonæ,col.3.verſ.nota
406 ex tex.ibi,ꝓprietatis &c.de app.† Itē,tene
tur is qui attentauit ad reſtitutionē fructuū
medio tpe perceptorū à die interpoſitæ ap
pellationis,fm eundem Card.in d.c. bonæ,
407 col.3.verſ.nota ex tex.ibi, tpe, &c.† Item
iſta attētata reuocant duplici via.Vno mo-
do intētando principalr̄ offm̄ iudicis,ſu p ip
ſoꝝ reuocatione ſecūdo modo, acceſſorie,
ꝓſequēdo appellationē,vt declarat Car.i c.
dilecti,el 3.col.j.in tit.de app.† Iſtam tn̄am
h' q.limita nō ꝓcedere in omnibus caſibus,
quos numeraui ſupra in 2. prin.verſ.4. dñia
&c.vbi plures limitationes cumulaui, i qb'
iudex pōt attētare,& ꝓcedere pēdēte appella
tione.Et ſiſr potes limitare in oīb.caſib.i q-
bus appell.de iu.eſt ꝓhibita,q a nō tenet iu-
dex illi deferre,ꝓut plene iſtos caſus cumula
ui ſupra i 4.q.pti.& ad ibi dicta me remitto.

OCTAVO & vlt.ſequendo ordinē ꝑpo-
408 ſitū, quęro. † qn̄ & ex qbus cauſis appella
tio dicat̄ deſerta. In hoc facias primo rl'am
gīalem, q̄ ſe habet, ꝙ iudex in dubio debet
ſp ꝓnunciare appellationē nō eſſe deſertā,
q a debet eligere viā mitiorem, ꝑ quam ius
non remaneat pemptum litiganti ita tenet
Paul.de Caſt.& ibi ēt Alex.i pen. col.& Iaſ.
in l.j.ff.ſi q s cau.& Phil.Dec.in l.quoties ni
hil,ff.de reg.iu.& Fely.in c.ſigñauerūt,col.j.
409 de teſt.† Quis aūt iudex ꝓnunciet ſup de-
ſertione appellationis,vtrū iudex à quo,vel
iudex ad quē,ſupra dixi,in 2. q. princ. in 4.
dñia 19.limitat. & ibi vide. Sed vbi caſus eſt
clarus,ꝙ appellatio ſit deſerta, tūc iudex ꝓ-
nunciabit illā deſertā,& perinde hr̄,ac ſi ap-
pellatum non eſſet, vt hr̄ in ꝯſt. appellatio-
num tpa,& no.gl.in verſ.executioni,in l.2.
C.de tēp.app.& Card.ī cle.ſi appellatione,
in j.q.de app.Nec eſt neceſſe,ꝙ opponat̄ de
deſertione,q a iudex pōt ex offō ēt parte nō
opponente,opponere,& ꝓnunciare appel-
lationē eſſe deſertam,vt no. Phil.in c.ex ra-
tione col.20.ver.quoad ſecundū, dic &c. de
app.vbi alleg.Bal.in add.Spec. in tit.de app.
410 ver.iudex ex offō &c.† Qui aūt dn̄r caſus,
in quibus appellatio efficitur deſerta? dic ꝙ
multi ſunt qui pn̄t colligi ex varijs librorū
reuolutionibus. Et primus caſus eſt qn̄ ap-
pellans nō fuit ꝓſecutus appellationem in-
fra annū vel biēnium fm formam auth. ei,
qui appellat,C.de temp.app.& c.cum ſit Ro
mana,&c.ex rōne,& ibi plene ꝑ hoc.de app.
& dixi plene ſupra,in 3.q.prin.ver.ſequitur
modo videre de tertio tpe,&c.niſi excuſare
tur aliqua iuſta cauſa,vel impedimēto,vt ibi
411 dixi.† Secūdus caſus eſt,qn̄ appellans non
pn̄tauit pceſſum iudici ad quem infra 50.
dies,& citaui fecit partem, quia in regno ap
pellatio eſt deſerta, per d. ꝯſt. appellationū
tpa,& ibi An.de Iſer. de quo dic vt plene di
xi ſupra in 4.q.prin.ver. ſeqtur modo vide
re de tertio tēpore, &c.hr̄ in deciſ.185.conſ.
Neap.Adde tn̄ circa hoc, quod in ſacro cōſ.
Neap. eſt ſtylus, ꝙ ſi pceſſus pn̄tatur poſt
50.dies ante, quam ſit pronunciatum appel
lationem eſſe deſertam, reuidetur cauſa ex
eiſdem actis de æquitate, & ꝓnunciatur be-
ne, vel male iudicatum. ita de hoc eſt deciſ.
244.in fi.ꝯſ.Neap. & deciſ.79. Vnde cautela
eſt, quod appellatus ſtatim cū videt elapſos
50.dies,compareat, & petat appellationem
ꝓnunciari deſertam, coram iudice ad quē,
quia ſi poſtea pn̄tatur pceſſus appellatio re
peritur deſerta ipſo iure,& iuriſdictio deuo-
luta eſt iudici à quo ita tenet Matth.de Afſl.
in d.conſt.appellationum tpa, col.4. in fin.
412 † Tertius caſus eſt,ſi iudex à quo, ſtatuit
breuiorem terminum ad proſequendū, qđ
pōt facere: vt eſt i ex.in c.perſonas,& in cap.
cū ſit Romana,& in c.oblatę,& in c.repræ-
henſibilis, & c. ſæpe,& ibi per do.de app. &
ꝓbatur in d.conſt. appellationum tpa verſ.
ceteꝝ,nam ſi infra terminum ſtatutum non
ꝓſequit̄,appellatio remanet deſerta,de quo
vide quæ plene dixi ſupra in 2. q.princ.verſ.
21.limita &c. vbi plene diſtinxi. & an & qn̄
iudex poſſit breuiare terminum ꝓſequendi
ibi vide.Et ꝑ d.verſ. ceterum eſt cautum ho
die ī regno, ꝙ iudex ad quem pōt ꝑ locoꝝ
diſtantia ſtatuere terminum appellandi ad
pn̄tandum proceſſum coram ſe, & ſic pōt
breuiare tps 50.dierum, nō aūt prorogare,
vt ibi dr̄ in tex.& ex lapſo tpe breuiato,re-
manet appellatio deſerta, licet nōdū ſin cō-
pleti 50. dies, ex quo iſte terminus iudicis
ſuccedit in locum termini legalis,q a lex dat
hanc ptātem iudici. ita tenet Matth. in d.
conſtit.Appellationum tpa,col.2. & pdictis

adde Card.in l.clem.ꝯſtõnem,§.inſuper,i j.
413 q.de ele. † Limita iñ prædicta nõ ꝓcedere in perſona, quæ põt petere reſtitutionem in integrum, quia licet nõ fuerit proſecuta appellationem infra 50. dies, vel infra tẽpus ſibi ſtatutum à iudice, põt tñ infra quadriennium continuum petere reſtitutionem in integrum aduerſus tp̃is lapſum, & reſtituetur ad tm̃ tp̃s, infra quantum fuit lęſio, & de hoc eſt deciſ.175.ꝯſ.Neap. & tex.in cl.1.de reſt.
414 in integ. † Secundo limita, nõ ꝓcedere, qñ appellans fecit ſuam diligentiam infra 50. dies, ſed ſtetit per iudicem appellationis, vel per eius ſecretarium, vel auditorem, & noluit expedire literas infra terminum, quia tunc ſtante dicto impedimẽto poteſt appellationem ꝓſequi de hoc eſt deciſ.79. conſi.
415 Neap.† Tertio limita, nõ ꝓcedere in cauſis beneficialibus, quia in illis iudex non poteſt breuiare terminum iuris, niſi vtraq; parte volente, & ſi breuiauit de facto, & labitur tp̃s à iudice ſtatutum, non cenſeẽ deſerta appellatio, niſi totus terminus iuris labat, ita pulchre dicit Phil.in c.cũ ſit i fi.col. de app. & in c.ꝯſtitutus, el 2.col.1.eo.ti. vbi plus dicit in hanc mã. quod licet appellatio ſit deſerta ꝑ negligẽtiã partis in cauſis beneficialibus, tñ nunq̃ cenſetur deſerta quo ad iudicem, & ſemper iudex põt ſupplere, & procedere ex officio, & inquirere demeritis cauſæ.
416 † Quarto caſus eſt, qñ appellantis non petijt Apoſtolos infra 30. dies, qa non obſtante ꝙ alias legitime appellauerit, remanet appellatio deſerta ob non petitionẽ Apoſtolorum text.in cle.q̃uis, de app.& in c.ab eo.de app.lib.6.& in l.ducib.C.de app.& Bar.in l. j.ff.de libel.dem.& Lud.R.in ꝯſ.2. Et hoc eſt de iure cõi, ſed in regno in curia ſeculari debent peti Apoſtoli, ſed nõ de neceſſitate infra 30. dies, ſed ſufficit, qđ petanẽ, & pñtẽtur infra 50. dies datos ad ꝓſequendum, per conſtit.regni, ita tenet And.de Iſer.in d.ꝯſt.app. tp̃a, & ibi ẽt Matth.in 7. col.in prin. vnde remanet ꝯclo, quod hodie in regno remanet appellatio deſerta, ſi non fuerint petiti Apoſtoli, ſaltem infra 50. dies de qua mã dic, vt plene dixi ſupra in 7.q.princ. verſ. viſo pri-
417 mo tp̃e appellandi, &c. † Collige ergo ſub compendio qđ hodie in regno appellans debet omnia iſta expedire copulatiue, ĩfra 50. dies, videlicet pñ'are appellationẽ, & ꝓceſſum, & Apoſtolos ĩdici ad quẽ facere citari partem ad ꝓſequendum, & hr̃e rñſum congruum à iudice appellationis, & licentiatus recedere, vt dicit Andr.de Iſer.ibid.in pen.& fi.col. Alias ſi vnũ ex iſtis deficit, appellatio remanet deſerta, vt declarat Matth ĩ d.cõſt. appellationum tp̃a in 10.not.& ibi ꝓbatur in tex.in fi.iuncta declaratione, quã facit ibi Andr.de Iſer. Et p̃dictis adde Fel.in c perſonas, de app. vbi dicit Ap̃los eſſe partẽ appellationis, & ſic nõ vr̃ appellaſſe, qui Apoſtolos
418 non petit. † Adde tñ, quod hodie in regno non eſt neceſſe petere Ap̃los inſtanter, & inſtantiſſime ꝑ vt dicit c. q̃uis de app. ſed ſufficit, quod ſimplr̃, & ſemel petantur: ſm̃ Matt. in d.ꝯſt.appellationum tp̃a.col.7.in prin.in
419 ix.not. † Quintus caſus eſt, ſi appellans fecit diligentiam in proſequendo, & adiuit, iudicem appellationis, & non potuit proſeq̃ ꝑꝑ abſentiam iudicis, nam licet fecerit quid quid potuit, & fuerit ꝓteſtatus quod per cũ non ſtabat, prodeſt tñ ſibi hoc impedimentũ durante abſentia. Si tñ iudex reuerſus fuit, debet appellãs iterum inſtare, & cũ importunitate ſolicitare iudicem, alias eo reſeruato, ſi non ſolicitetur, ex tunc efficitur deſerta appellatio, nõ obſtante priori impedimento, ita tenet Alex.in conſ.19.col.2.& 3. & in 1. vol. vbi idem dicit, qñ ſtatutũ dictaret, qđ cauſa appellationis cõmittatur, & decidatur infra tot dies, quia ſi appellans non ſolicitat cauſam cõmitti, cẽſetur deſerta appellatio. cui adde Paul.de Caſtr.in ꝯſ.135.in 2.vol.& Petr.Phil. Corn.in conſ. 44.col.3.in 2.vol.
420 † Sextus caſus eſt, ſi iudex ſtatuit terminũ appellãti ad recipiẽdum Ap̃los pro tali die, & appellans nõ cõparuit in illa die, cẽſetur deſerta app.ẽt ſi iudex nõ venerit illa die ad locũ, quo caſu ẽt ſi cõparuiſſet appellans nõ potuiſſet illos hr̃e, nam nõ curator de pñtia iudicis, ſed tm̃ lex conſiderat diligentiam appellãtis, qui debet ſumma ope niti. vnde debet cõparere, & ꝓteſtari, qđ per cũ nõ ſtat: alias appellatio efficit deſerta. ita tenet Car. in cl q̃uis, §.fi.in j.q.de app. qđ notã, qa prime facie quilibet rñderet in contrarium ꝑꝑ
421 iudicis abſentiam. † Septimus caſus eſt, qñ aliquis appellauit ab ĩterlocutoria, & iudex non admiſit appellationem, debet ẽt ab iſta non admiſſione appellare, alias appellatio cenſeẽ deſerta, & non põr grauamen reparari per appellationẽ à diffinitiua, ſm̃ Car.in cl.1.col.4. verſi.& ex hac gl. &c.de dolo, & cont.

cont.& Inn.in c.past.col.j.sup gl.in ver.suspendatur de off.del.& Matt. in suis not.in 22.no.quod nota, qa poteris p hoc sæpius
422 appellantē illaqueari facere.† Octauus casus est, qñ appellans pendente appellatione aliqd innouat seu attentat, in præiudicium aduersarij, vt q.i ipm spoliat nã ex hoc ipso cēsetur appellationē deserere,& illi renūciare ex quo suæmet appellationi nō defert.vñ qualitercunq; faciat actum contra appellatione, censet illā deserere,ita tenet Bal. in c. ex pte Adę.col.pen.vers.itē scias &c.de test. & Abb i c.ex p e,S.col.2.vers.p declaratione &c.de resc.& Ang.in l fi.C.de tēp.app.& Math.in suis no. in 27.not.est tex. & ibi p
423 doc.i c.an sit de app.† Nonus casus est,qñ appellās post interpositā appellationē accipit,terminum ad soluendū id,qđ erat in snia pnūciatū,vt solueret,qa hoc ipso censet appellationē deserere,& sniæ acqescere. Casus est i l.ad solutionē,& ibi Bal.C.de re iud.&
424 Lud.R.in əs.19.in fi.† Decimus casus est, qñ is q appellat post interpositā appellationē,litigat adhuc corā iudice à quo,qa p hoc cēset appellationē desetere,& illi renūciare text est in c.solicitudinē,de app.& no. Abb. in c.gratū,de off.del.i 2.col.Quod tñ intellige,& declara,qñ litigat post appellationē, secus si antea appellationē,puta infra tps ap
4 q. de verb. sig. Quarto † adducitur, quia testator, qui poterat testari nuncupatiue, elegit viam testandi in scriptis solemniter, & non valuit testm̄ in scriptis, ob aliquem defectū, minime valebit vt testm̄ nuncupatiuum, ex quo illam viam solemnem elegit. Ita tenet Bar. in l. fi. de iure codicil. Facit ēt, quod dicimus de cōtractu in scriptis, nam qn̄ erat ī posse ꝯtrahētium ꝯtrahere in scriptis, & sine scriptis, & elegerūt viā ꝯtrahēdi in scriptis, nō valet ꝯtractus sine scriptura. l. ꝯtractus. & ibi Bal. in j. col. in fi. C. de fide istr. vbi plus dicit, ꝙ eo ipso, ꝙ partes dn̄t, habeamus notarium, vt conficiat scripturam de contractu, censentur velle contrahere in scriptis, in tm̄ quod ante, quā scribatur, pōt eas pœnitere, vel alteram partem pęnitere, & nolle ꝯtrahere, vt hr̄ in decis. 36. conf. Neap. per Matth. ver. 3. &c. Ita ēt vr̄ dicendum in casu nostro quia erat in ptāte partium ꝓcedere summarie, sm̄ iura municipalia, & elegerunt viam ordinariam, debet eis imputari, vt si deficiat aliqua solemnitas iuris cōis, vitietur processus iuxta illam rīam via, quam elegisti, tibi
5 pateat, &c. Pro † parte vero contraria adducitur dcm̄ Bal. in l. 3. ff. de test. mil. vbi dicit, ꝙ si is, qui pōt procedere summarie, & de plano, incipit procedere ordinarie per libellū pōt obmittere viam ordinariam, & reliquū processum expedire summarie, q̄a eligendo ius cōe non censetur priuilegio renunciare. Vn̄ infert ibi Bal. quod si est compromissum in aliquem, tanq̄ arbitrum, & arbitratorē, & ille incępit procedere, vt arbiter, & processit inordinate, valet nihilominus eius laudum, tanq̄ arbitratoris. Et hoc dictum vr̄ decidere casum nr̄m, vt si processus fuit initiatus ordinarie, & fuit nō rite compositus, debet valere, tanq̄ summarius, pp dicta statuta, seu
6 iura municipalia. † Et de hoc vr̄ tex. in d. l. 3. ff. de test. mil. vbi miles qui poterat testari iure militari, si voluit testari iure cōi, & obmisit solemnitas, adeo ꝙ testm̄ non potest valere iure cōi, valebit saltem iure militari, & sic non vr̄ renunciare priuilegio, adeundo
7 viam iuris cōis. † Secundo, pro ista parte adducitur illud, quod voluit Alex. in d. l. vinū, col. fi. & ibi est gl. singularis vbi dr̄, ꝙ in causis in quibus non requiritur libellus, si interueniat, & ineptus non vitiat processum. Sic ēt possemus dicere in quolibet actu subalterno iudicij, vt si interueniat, & ineptus nō vitiat processum. Idē, si penitus obmittat, ex quo nō requirebat de necessitate. Si. n. esset vera prima opin. nunq̄ posset verificari illud dictū gl. & Alex. in d. l. vinum, quod est cōiter approbatum, quia semper qn̄ quis pn̄tat libellum, v̄r eligere viam ordinariam, & sic essemus in dispositione iuris cōis. sm̄ quam libellus ineptus vitiat processum, & esset con
8 tra illud dictum. Tertio, adducit † qd̄ not. Bal. in l. q. testō, §. ꝑ contrarium, ff. de testa. vbi dicit, quod valet informatio capta per testes inhabiles in casibus, in q̄bus testes non requirebantur. Facit ēt tex. iuncta gl. in ver. in transitu, in §. seru. inst. de liberti. quæ probat, quod qn̄ actus poterat geri sine interuētu alicuius ꝑsonæ, si illa ꝑsona interueniat, & inutilis, nō vitiat actum. Pro hoc est tex. in l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. Sic ēt dico, ī quæst. nostra, q̄a causa poterat expediri summariæ, & sine solēnitates iuris, si interuenerunt dictæ solennitates, & inutilr̄, non debet per hoc vitiari ꝓcessus. Quarto, q̄a ne-
9 mo † censēt elegisse viam, per quā actus, & volūtas suæ impugnet, vt d. l. 3. ff. de test. mi. & Alex. in hac ꝯsultissima, §. ꝑ nūcupationē C. de test. & Soc. in ꝯs. 142. col. 3. 1. vol. Pro solutione huius q. adhæreo huic secūdæ pti quam puto esse veriorem, maxime in hoc regno, cum sint rōnes efficaciores ꝓ ea, intelligendo tn̄, qn̄ partes non expresse declarauerunt se velle procedere ordinariæ, sed tm̄ inceperunt ita de facto ordinarię ꝓcedere, ex quo processu potest resultare tacitus consensus, non aūt expressus, q̄a ille tacitus consensus nō debet ita interpretari, vt parte voluerint facere actū inutilē, & iudiciū frustra totium, arg. l. quoties, la 2. ff. de reb. dub. & l.
10 quoties, ff. de verb. obl. Et vltra dictas † quatuor rōnes ꝯfirmo hāc partē in regno, ꝑ d. c. detestātes, vbi mandatur, ꝙ qn̄ in processu liquet de sola substantia veritatis, nō possit opponi aliqua exceptio de nullitate ex defectu obmisse solēnitatis iudicij. Et illud mandatū dirigīr iudici, vt patet ibi ex suprascriptione. Vnde nō est curādū quocunq; p̄tes ꝓcedat ī causa, siue ordinarie, siue summarie q̄a dūmodo liqueat de veritate, sp iudex poterit ꝓferre sn̄iam validā, ēt si aliqua subalia obmittant, q̄a de his non est curadum. Et ꝑ d. c.

d.c.detestates, apparet rñsio ad oïa quatuor argumenta adducta pro prima parte. Prǽter
11 ea, ét de † iure cõi puto sustineri posse istam secundam partem, p iura,& argumenta superius adducta. Et i specie rñderi põt ad omnia allegata pro prima parte. Et primo, nõ obstat dictum Bal. in d.l. diffamari, qa nihil facit ad propositum. Dicit.n. quod partes põt pcedere ordinarie, vbi poterat summarie,& valet pcessus ordinarius. Istud est clarũ & expeditũ per cl. sæpe, §.fi. de verb. sig. quia tunc res reuertitur ad nãm suã, & sic ad ius cõe, vnde de facili fit, vt not. in d.§.fi. Non tñ dr̃, quod si in aliquo obmitteretur aliqd substantiale, vitietur processus, & ita ét rñdeo ad id, quod dicit Bal. i d.l. quod fauore,
12 & in d.l. nulla. Secundo, non † obstat gl. in d.l. proinde, §. notandum, quia loquit̃ in casu, in quo nõ requirebatur snia, vt qa sumus in cõfesso, in quo solũ fit præceptũ, vt soluat l.1. C. de ɔfess. Verũ est, quo si actor vigore ɔfessionis rei voluerit formare libellũ solenniter, & petere id, qd̃ confessus est, tũc requiritur snia, ex quo casu est iniciata in formam iudicii, & snia debet esse conformis libello, & hoc dicit ista gl. Non tñ ibi fit aliquod verbum, quod si interueniret libellus ineptus, vitiaretur processus, vel si alr̃ processus fuit non rite factus. Sed solum sẽnit, q si fuit fabricatus pcessus, est solenniter per sniam determinandus, qd̃ est ex quadam necessitate: quia oĩs processus expectat diffinitiuam sententiam iltr̃. Non obstat, † qd̃ dicimus de
13 testõ in scriptis, quia illud est, qñ testator expresse declarauit, q volebat testari i scriptis, quo casu si non valet vt testamẽtum in scriptis, minime valet vt nuncupatiuum. Secus, quando hoc expresse non apparet, quia tunc si potest valere vt nuncupatiuum, vt quia interuenerunt omnia requisita in nuncupatiuo, valebit vt nuncupatiuum. Ita sentit Bar. in d.l. fin. ff. de iure codic. & Cyn. Alex. & Ias. in d.l. hac consultissima, §. p nuncupationem, C. de testa. & Ang. & Imo. in l. j. § fin aũt, ff. de hær. instit. & Alex. in ɔf. 176. col. 2. in 5. vol. & cons. 113. in 3. vol. & Paul. de Cast. in ɔf. 415. in 2. vol. & Soc. in ɔf. 142. in j. vol. & hr̃ aliquid i decis. 69. Neap. Et eodem modo rñdeo ad l. cõtractus, C. de fide instr. & quod ibi not. Bald. q loquitur, qñ expresse apparet, quod partes voluerunt cõtrahere in scriptis. Et per hoc dico, qd̃ qñ expresse partes conuenirent quod procedatur ordinariæ coram iudice, & renunciaret illi cap. detest. tunc pp expressum cõsensum diceremus, quod non valeret iudicium, si aliqua solemnitas obmitteretur, per pdicta. Quid
14 † aũt econtra, an possint partes facere, qd in causa ordinaria procedat̃ summariæ? Spec. in tit. de lib. cõcept. §. nunc dicendum, vers. 9. tenet qd̃ sic, sed contrarium tenet Car. in d. cl. sæpe, in prin. in 12. q. & Alex. in add. ad Bar. in d.l. si societatẽ, §. arbitrorũ, in 2. col. in add. quę inc. Adde ad hoc, & c. ff. p socio & est ratio, quia quod ordinariæ procedat̃ est iuris publici, & partes non põt iuri publico renũciare, l. ius publicum, ff. de pact. Idẽ tenet Luc. de Pen. in l. de submersis, col. pen. in fi. & seq. C. de naufr. lib. 11 per eãdem rõnem. Dicit tñ Car. in d. 12. q. & Lucas vt supra, quod si partes vellent, quod iudex pcedat tanquam arbitrator, põt hoc facere. Et sic per hunc modum põt facere causam summariam, faciẽdo compromissum eo modo. Et ex his remanet expedita ista vtilis quæst. Laus Deo Rob. Mar. Venus. V. I. D.

DISPVTATIO QVINTA.

Vtrum in crimine vsurarum possit iudex ecclesiasticus, vel secularis inquirere, & procedere ex officio nemine accusante: & vsurarium punire aliqua pœna: & quid seruatur in hoc regno Siciliæ.

1 *De vsurario an possit requiri per iudicem ex officio, & condemnari ad aliquam pœnam nemine accusante.*

Vsuras ne recipiat creditor, potest per iudicem impediri, & recipias compelli restituere.

De vsurario suspecto potest inquiri per iudicem ecclesiasticum, vt imponatur sibi pœnitentia.

2 *Causa si fuit cœpta via ordinaria, debet solemniter per sententiam definiri.*

3 *Vsurarius potest excommunicari si non restituit vsuras.*

4 *Vsura est delictum punibile, & super eo põt procedi per inquisitionem, & accusationem per iudicem ecclesiasticum, num. 11.*

5 *Vsurarum crimen in regno est publicum quilibet admittitur ad accusandum, & hoc qua-*

 liter

liter procedat.
6 *Vsura sint permissa de iure ciuili.*
7 *Vsurarius an possit criminaliter puniri numero 12. 13.*
8 *Vsurarius punitur tribus pœnis de iure canonico.*
9 *Vsurarius restitutis vsuris an teneatur ad aliud.*
Vsurarius pauper qui non potest restituere, an teneatur in aliquo, num. 22.
10 *De vsurario nullo modo potest hodie inquiri per iudicem secularem, nisi accusetur, ab eo qui suam vel suorum iniuriam prosequitur.*
11 *Inquisitio potest fieri per iudicem ecclesiasticum de vsura, & de omni alio crimine fama precedente.*
13 *Vsurarius recipiendo vsuras committit dolum, & debet teneri crimine stellionatus.*
14 *Vsurarius pluries delinquit.*
15 *Iudex ecclesiasticus potest coadiuuare canones addendo nouam pœnam.*
Vsurarius an possit pecuniariter puniri, nu. 17.
16 *Vsurariorum temeritas excreuit hodie, et acrius exercent vsuras Christiani, quam Iudæi.*
Pœna augeri potest ob delicti frequentiam.
17 *Pœna illa irrogari debet, quæ magis timetur.*
Pœna pecuniaria est valde conueniens vsurario propter eius auaritiam.
18 *Vsura est crimen, & non reperitur ea maius malum.*
Crimen dicitur omnis operatio mala quæ potest accusari & puniri.
19 *Pœna arbitraria puniri debet omnis qui delinquit contra prohibitionem legis, quando lex certam pœnam non irrogat.*
20 *In dubio sequenda est opinio illa, quæ magis fauet publicæ vtilitati.*
21 *Vsuræ prohibentur recipi etiam à spõte soluẽte.*
Vsuras soluens non peccat, sed solum is qui eas recepit.
Debitor soluens vsuras videtur sibi eruere oculũ.
23 *Tortura an possit irrogari in crimine vsurarũ.*
Vsurarius an possit torqueri stantibus indicijs.

Fiscales iudicet solent quotidie inuestigando anhelare, vñ possint pecunias extorquere, & prouentus facere, hinc qñque nemine conquerente formant inquisitiones ex officio contra vsurarios, vt possint eos ad legitimam pœnam condẽnare, Quæritur modo, an possint ex officio ꝓcedere & inqrere ac punire, nemine accusante, Ista q. habet multa capita, quę venient inferius decidenda, & multa argumenta pñt
1 adduci hinc inde ad partes. † Et primo pro parte affirmatiua, ꝙ possit inquiri ex officio ẽt ad commodum priuati, adducitur tex. in c. cum in diocesi. & ibi Io. de Ana. in 2. not. de vsur. vbi iudex ecclesiasticus ẽt nemine petente potest inquirere contra vsurariũ, & ipsum compellere ad restõnem vsurarum. Idem tenet Abb. in c. tuas, in 2. not. de vsur. vbi plus dicit, ꝙ non solum põt iudex cogere ad restitutionẽ vsurarum receptarũ, verum etiam ante solutionem, põt ex officio impedire creditorem, ne recipiat, seu exigat & hoc causa vitandi peccatum. idẽ tenet Io. de Ana. in d. c. tuas, in vlt. not. gl. in c. ex literis, de sponsa. & Abb. in c. ad nostram. el 2. col. 2. de iureiur. vbi dicit de mente Inn. ꝙ iudex ecclesiasticus põt ꝓcedere contra eũ quem habet suspectum de vsura ad pęnitentiam imponendam. & erit vtile per ꝯnam parti, quia non poterit imponi salutaris pęnitentia, nisi vsuræ restituantur parti idẽ tenet Bal. in cons. 183. in fi. in 1. vol. & Soc. in cons. 219. in 2. volum. Secundo, adducitur.
2 † qđ voluit Bal. in l. ea quidem, col. antep. ver. item quæritur, an in ciuili, &c. C. de acc. vbi dicit, ꝙ in ciuili causa regulariter non proceditur per inquisitionem, nisi cõtra vsurarium, & idem Bal. in c. 1. si tres. de pace te
3 nen. Tertio, adducitur † dictum Abb. in c. præterea. de vsur. vbi dicit ꝙ vsurarius põt compelli ad restitutionem vsurarũ, & si non restituit, põt excõicari. Quarto, adducitur
4 † dictum Pet. Ph. Cor. in cons. 19. in litera e, & litera f, in 3. vol. vbi dicit, ꝙ crimen vsurarum, est delictum punibile. & super eo potest iudex procedere. tam per viã accusationis quam inquisitionis, intelligendo de iudice ecclesiastico, pręcedẽte fama, iuxta, c. qualiter & quando de accus. & plures bona rationes allegat in d. cons. & concludit ꝙ iudex vltra pœnas Lateranensis concilij traditas, in cap. qnia in omnibus, de vsur. potest
5 etiam imponere penam arbitrariã † Quinto, adducitũ nouissima dispositio tradita in regno, per const. vsurariorum. quæ vult. ꝙ crimen vsurarum sit publicum, & quilibet de populo admittitur ad accusandum. ergo saltem præcedente fama, quæ hr̃ loco accusatoris, vt d. c. qualiter & qñ, el 2 debet posse iudex procedere per inquisitionem, sicut in alijs quampluribus criminibus publicis procedit. Pro parte vero contraria, ꝙ imò nullo

nullo modo ꝑcedi possit ꝑ inquisitionem, adducitur primo, nam quãtum ad iudicem secularem, q habet sequi ius ciuile, non põt
6 ꝑcedere nec punire, † ex quo vsuræ de iure ciuili sunt permissæ, & non ꝓhibitæ l.eos. C.de vsu. vbi Iustinianus imp. q fuit vir catholicus, ꝑmisit vsuras. Et hoc tenet Bart. in l.1.col.3.C.de sum.Trin.& fi.Cath.& Car. in cl.1.col.2.in 2.q.de vsur.Phil.Dec. in ꝯs. 160.vnde quod fit l. ꝑmittente, nõ punitur nec inquiritur.l.Gracchus.C.de adul.& l.fin. ff.quod quisque iuris. Secundo, ꝙ saltem ad pœnam imponẽdam non possit inquiri, adducitur dictum Bal.& Sal.in l.improbũ. C.
7 de his, qui not.inf. vbi dñt, †quod vsurarius nullo modo põt criminalr̃ puniri, ex quo nulla lege cauetur. nam recipit vsuras de cõsensu soluentis. Io.de Ana.in c.quam ꝑniciosum, col.4.de vsur.& Phil.Dec.in d.cõs.
8 170. Tertio, †adducitur, quia solum ius canonicum introduxit quasdã pœnas spũales ꝯtra vsurarium, q̃ traduntur per Lateranẽse cõsilium, in d.c.qa in oĩbus, de vsur. & sunt tres. Prima, ꝙ priuatur cõione altaris, nam non põt recipere corpus Christi, nec debet stare in ecc̃lia, qñ celebrant diuina. Secũda, qa non debet sepeliri in ecclesia. Tertia, qa nõ admittit̃ ad oblationes faciẽdas, vt d.c. qa in oĩbus, & ibi ꝑ Abb.& Io. de Ana. vltra istas pœnas spũales nõ reperit̃ aliqua lege cautũ, quod vsurarius puniat̃ criminaliter, ergo contra eum inqri non põt, qa frustratoria esset inqsitio, & non debet fieri qđ factũ non releuat.l.hæc stipulatio.§.diuus,
9 ff.vt leg.nom.cau. Quarto, †adducit̃ tex.in c.cum tu. de vsur.q tex. multum stringit in trib.locis. Primo.n.dicit in prin.quod pœnæ inductæ ꝑ Lateranense consilium cõtra vsurarios, hñt locũ, donec vsuras restituant, ergo seq̃tur, quod illis restitutis cessant pœnæ. Secũdo, pondero illũ tex.in ver.illi aũt, vbi dicit, qđ vsurarij pauperes, q vsuras restituere non pñt, nõ debent vlla pœna mulctari. Tertio in fi.illius c.dr̃, quod restitutis vsuris liberãtur vsurarij, tam à pc̃tõ, quam à pœna. Et sic patet ꝑ d.c.quod tota vis iuris canonici cõsistit in faciendo restitui vsuras pro salute aiæ, & illæ, qui non põt restituere, non punitur aliqua pœna, nã si posset criminaliter puniri, si non hr̃et in ęre, deberet luere in corpus, cum obligatio descẽdat ex delicto, vt hr̃ in l.si qs id, quod.ff.de iur.. om.iud.& in l.quicunque. C.de ser.fug. sed lex canonica dicit expsse, quod nulla pœna puniat̃, & idem, qñ vsuras restituit, vt d.c.cũ tu.in fi. Quinto, adducitur auctoritas Phil. Dec.in d.ꝯs.170. vbi hoc tenet expresse, per plures rõnes. Pro solutione huius q̃st. facio duo mẽbra principalia. Primum est, an iudex possit inqrere ex officio. Secundum est, an possit aliq̃ pœnam irrogare criminalem saltem arbitrariam, ne delictum pertranseat impunitum. Et pro hñda vera conclusione in vtroq; mẽbro oportet distinguere iura.
10 Super primo † mẽbro, si quæris de iure ciuili cõi, concedo hanc secũdam partẽ, ꝙ iudex sc̃laris non põt inqrere, nec aliquo modo ꝑcedere, ẽt per accusationem, ex quo de iure ciuili vsuræ non sunt ꝓhibitæ, ergo nõ est crimen. vnde nec ꝑ accusationem, nec per inquisitionem puniri põt, quod non est delictum, ꝑ ea quæ modo dixi in primo argum.2.partis. Si quæris de iure ꝯstõnum regni, sm̃ quod ius est prodita pœna publicationis bonoꝝ, vt d.const.vsurarioꝝ, & tũc dico, ꝙ per accusationem vniuscuiusque de populo, ẽt si suam iniur. non prosequatur, põt iudex ꝑcedere, quia crimen est publicũ, & hoc expresse dictat d.const. sed ꝑ inquisitionẽ specificam nullo modo ꝑcedere põt. Primo, qa illa const.hoc non ꝑmittit. vnde stamus regulæ iuris, q̃ est quod nemo sine accusatione dãnatur.l.rescripto.§.si quis accusatorem.ff.de nu.& hon.& ibi gl. & hr̃ in l.2.§.si publ.ff.de adulr. Secundo, quia alia const. quæ incipit hi, qui.§.de specialibus, ꝓhibet speciales inquisitiones, nisi in certis casibus, inter quos nõ numeratur iste, ergo stamus regulæ, quia exceptio firmat regulã in casibus non exceptuatis.l.quæsitum.§.denique, & ibi gl.ff.de fun.instr. & l.cum delationis.§.cui fundum, eo.tit. & l.nam quod liquide.ff.de pen.leg. Si vero quæris de iure ritum magnæ curiæ Vicariæ, tunc est scandũ, quod de hoc habemus in regno duos ritus. Vnum, in nu.14.q incipit. Item, ꝙ nullus laicus, quo cauet̃, quod nullus admittat̃ ad accusandũ, nisi suam, vel suoꝝ iniuriam ꝓsequatur. vnde corrigitur ꝯstõ regni in eo ꝙ admittebat quẽlibet de populo ad accusandum. Alius ritus est in nu.15. qui incip. Itẽ, ꝙ nullus admittitur, &c. quo cauetur, ꝙ iudex secularis non potest inquirere de vsuraria prauitate, nisi interueniat accusatio in forma,

forma, adeo q̃ non sufficit sola denũciatio. Et ex p̃dicta discussione iurium remanet firmat ↄclo, quod iudex secularis nullo iure põt procedere p inquisitionem cõtra vsurarium, nisi interueniat accusatio eoꝝ, q suam vel suoꝝ iniuriam ꝓsequuntur. Et hoc vltimum ꝓcedit in regno, vigore dictoꝝ ritũ, & ita tenet Par. in trac. synd in ver. inqsitio. col. 3. ver. & hodie i regno sunt sublatę, &c.

11 Si vero † q̃ris de iure canonico in cur. eccl. & tunc concludo qđ iudex ecclesiasticus in distincte põt procedere p inquisitionem cõtra vsurarium manifestũ contra quem fama laborat, & ista inqsitio fit principalr̃ ad expugnandum pctm̃, & resultat ad cõmodum priuati, qa vsuræ receptæ, restituuntur, & nõ dum solutæ impediũtur solui. alias põt vsurarius excõicari, si non paret mandatis iudicis ecclesiastici. Ita ꝓcedant oĩa iura adducta in 1. & 3. argõ 1. partis. Item põt procedere ad imponẽdas illas pœnas spũales, de qbus in d. c. qa in omnibus. Et rõ est, quia de iure canonico de omni crimine põt inquiri fama pcedẽte, vt d. c. qualiter, & qñ, el 2. de acc. & ibi Abb. q̃ doct. Et ita puto debere intelligi dictum Bald. in d. l. ea quidem. C. de acc. & in d. §. si tres, quod fuit allegatũ supra in 2. argõ 1. partis, quia de iure ciuili non posset procedere per rõnem supra dictam. s. q̃ ius ciuile non ꝓhibet vsuras. vnde de necessitate intelligi debet de inquisitione, quam facit ecclesiasticus iudex ad cõmodum priuati, & pro salute animæ subditoꝝ, & sic appellatur hæc inquisitio in causa ciuili, vt di-

12 cit Bal. ibi. Super 2. membro † principali. s. an possit irrogari pœna criminalis cõtra vsuratium. Dico, q̃ de iure ciuili cõi non est dubiũ, quod nulla pœna irrogatur, ex quo lex ciuilis non ꝓhibet vsuras. sed de iure ↄstõnum regni irrogatur pęna publicationis bonoꝝ, vt supra dixi, per d. const. vsurarioꝝ, & est ritus magnæ curię, in num. 15. incipiens. Itẽ, quod nullus, & alius ritus, i nu. 113. inc.

13 Item, quod proc. Sed † totum dubium consistit, quid de iure canonico, an vltra pœnas illas spũales possit iudex ecclesiast. irrogare vsurario aliquã pœnam criminalem arbitrariam. in hoc sunt ista duo consilia repugnãtia, videlicet consil. Phil. Dec. 170. vbi tenet, quod nõ eo, quia nulla lege cauetur. Aliud ↄsilium ↄtrarium est Petr. Phil. Corn. in cõs. 19. in 3. vol. vbi p bonas rõnes tenet, quod sic istã p̃te affirmatiuã tenet Iac. Butr. in d. l. improbo. C. de his, q no. inf. assignat rõnẽ, qa vsurarius exigẽdo vsuras, cõmittit dolũ,

14 ergo teneť crimine stellionatus. Et hæc † secũda pars affirmatiua mihi vr̃ verior. Quã ↄfirmo. Primo. p tex. in c. cũ diocesi. de vsur. vbi ꝓbat, qđ crimen vsuraꝝ põt in iudiciũ deduci p viã accusationis, ergo debet puniri aliqua pœna nãli, ↄueniente illi delicto. Itẽ vsurarius pluries delinquit. Primo. n. delinqt mutuãdo sub vsuris, qa facit contra pceptũ diuinũ, & canonicũ, quod dicit, Mutuũ dare, nihil inde sperãtes, & c. c. consuluit. de vsur. Secũdo delinquit vsuras recipiẽdo, qa tũc exeqtur suũ malũ ꝓpositũ. Tertio, delinqt vsuras nõ restituendo, sed oẽs pœnę inductæ p ius canonicũ tendũt ↄtra hoc tertium delictũ, ergo alia duo, si nõ punirent, remanerent impunita, qđ esset cõtra publicã vtilitatẽ. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. & hanc põderationem facit Phil. Cor. in d. conf. 19. Se

15 cundo, pro † ista parte adduco, qđ iudex ecclasticus ex iusta causa sibi visa põt coadiuuare canones, addẽdo nouã pœnã, licet non possit totalr̃ statuere ↄtra canones, gl. est in cl. ne Rom. in ver. tolli. & ibi Car. in prin. in 3. q. de elec. & Abb. in c. licet, col. 2. circa fin. vers. aut subest statutũ, & c. de pœnis, & Fel. ĩ c. irrefragabili. §. cæteꝝ, col. 2. ver. limita hãc ↄclõnem, & c. de off ord. vbi dicit, qđ põt addere nouã pęnã pecuniariã, & idẽ Fel. i c. qđ sup his in vlt. col. ver. fallit 7. & c. de mai. & ob. Vñ licet nõ caueať expsse p canones, qđ vsurarius puniaŕ criminaliter, tñ dico; quod eps põt addere nouã pęnã coadiuuãdo canones, & punire ipm arbitrio suo ad pœnã pecuniariã ex iusta causa. s. ne tale delictum ptransẽat impunitũ, & vt alij vsurarij capiant exẽplũ, & cessẽt formidine pœnæ à cõmittẽdis vsuris, vt dicit text. in l. si opis. C. de pœ. & l. qcunq; § qđ si fecerit. C. de hær. Solent enim pœnæ exacerbari, vt alij capiant exemplũ. l. aut facta. § fi. & l si qs aliqd. §. q abortionis. ff. de pœnis, & l. 1. C. ad l. Iul. rep. Ter

16 tio † hanc ↄfirmo, qa hodie multũ inoleuit vsurarioꝝ temeritas, & instigantẽ diabolo acrius exercent vsuras nonnulli Xpiani, quã Iudęi, & infideles, quo casu pp delicti frequẽtiã est pmissum iudici pœnas ordinarias augere, & nouas addere tex. est, & ibi Bart. in prin. in d. l. aut facta. §. fi ff. de pęnis, & l. 1. in prin. ff. de abigeis, & tex. cũ gl. in l. 3. in fi. C. de

de epis.aud. Facit tex.in l.hodie,ff.de pę.stă te ergo vsurarum frequentia,est pmissum epo augere pœnas canonicas,& punire vsurariū ad suū arbitriū pęnā cōpetenti,p.d.l.hodie.
17 Quarto†qa iudex ecclesiasticus,pōt,& debet pęnā irrogare,q̄ magis timetur,cuius timoris rōne censendum est ipm delinquentē fore à delinquēdo cessaturum, gl.est in c. licet in gl.magna circa fi.& ibi Abb.de pœnis,& tex.in c.qm̄ frequenter in fi. & ibi gl.in ver. magis timeri,&c.vt lite non ɔtest.& gl.in c. de causis in ver.certa in fi.de off.del.& Fel.i c.irrefragabili.§.ceterum,col.1. & ibi ēt Abb. in 3.no.de of.ord.vbi Abb. & Fel.de mente Host. vūt proprie decidere hunc casum. dīt.n. q iudex ecclesiasticus p crimine ecclesiastico,ēt contra laicum pōt irrogare pęnam pecuniariā,si illa magis timetur,quam pęna spūalis,sed in nullo casu pōt magis cōuenire pęna pecuniaria,q̄ cōtra vsurarium, q peccat ex rabiæ auaritiæ.vn̄ in eo,in quo deliqt puniri debet,vt pœna sit delicto conformis,l.si fugitiui,C.de seru.fug.& l.sancimus,C.de pœn. Ad quod hn̄tes respectum Imperatores huius regni,imposuerūt pęnā pecuniariam contra vsurarios.s.publicationis bonorum,vt supra dixi,p d.ɔst.vsurariorum. Et semper est credendum, q vsurarius nullam pęnam magis timebit,q̄ pecuniariam. quia, Semp auarus eget,&c.ex quo incepit fabricare in gehēnā, non curabit pœnas spirituales,vt tenet Abb.in c.vt clericorum, in fi. de vita,& nō cl.Vt ergo irrogeī pęna q̄ magis timeī, & delicto conueniens, & dico q eps poterit pecuniariā pęnā imponere, quā dēt postea erogare fabricā ecclesiæ vel in alijs piū vsum,ne ipse ēt de auaritia arguatur fm Abb.in d.c.vt clericorum,in fi.& in d.§ ceterum,& in c.dilectus de of.ord.& in d.c.licet.
18 Quinto,adduco †quia ius canonicū appellat vsuras crimen,vt d.c.quia in oībus,& c. sup eo.de vsur.Sed crimen dr̄ omnis opatio mala,quæ pōt accusari, & puniri criminalr̄ in hoc sęculo.c.apostolus,81.dist.& gl.in c. peccatū de reg.iur.lib.6.& Fel.in c.testimoniū,col.3.de test. Et q vsura sit crimen,apparet ex ordine titulorum,& rubricarum in decretalibus,qa post titulum de furtis est,immediate situatus titulus de vsuris, & dicit Abb.in continuatione rubr. ibi. qd' vsura est spēs rapinæ, & ideo cōtinuaī in rub.de furt.hic dicit Ioan. Andr. in c.pctm̄ de reg.iu.lib.6. quod non reperitur ma'us malū quā sit vsura.& idē dicit Io.de Ana. in c.1.in fi.de vsu. Si ergo est crimē, seqtur pn̄a necessaria,qd̄ debet aliqua ɔdigna pœna puniri,nā impunitas patit ausum ad maius malum,& delicti multiplicationē,vt inquit Seneca. Sexto,
19 qa, †omnis qui deliquit contra prohibitionē legis,debet puniri pœna arbitraria, qn̄ lex non statuit aliā pęnā certā,fm gl.& Bar. in l.nemo martyres,C.de sac san.eccl.& gl. in cl.2.in fi.in ver. sanctioni, de vita, & ho. cl.& Alex.in add.ad Bar.in l.hodie,ff.de pe. vbi dicit,qd̄ venire contra præceptum legis est pœna arbitraria. Sed cōmittere vsuras, est facere ɔtra pceptum legis, qa sunt à iure prohibitæ.ergo vsurarius punir debet pęna arbitraria,ex quo venit ɔtra pceptū legis,p pdicta.& no.Bal.in l.legis virtus, ff.de leg. & hr̄ per Abb. & Fel. & doct.in c.2. de mai.
20 & obe.Septimo confirmo, † quia qn̄ casus est dubius,& sunt opiniones hinc inde,debemus in dubio seq illā opi. quæ magis fauet publicæ vtilitati, & magis cohæret regulis iuris cōis.Ita tenet Bar.& doct.i.l.1.in prin. ff.sol.ma. & est tex.& ibi Bart.in l.1.§.fi.C. de cad.tol. Ad idē est tex.formalis in l.hoc modo, ff.de ɔd. & dem. vn̄ hic stātibus istis duab' opi ɔtrarijs,magis fouet publice vtilitati hæc,q̄ tēdit ad puniēdū delicta,q̄ alia. opi.quæ inducit impunitatē, & auget mām delinquēdi,ergoista opi.est tenēda. Et tāto magis hæc opin. pcederet in isto regno,vbi vsuræ puniunī criminalr̄ per ɔst.regni,& sic qd̄ deficit in pęna iudicis ecclesiastici potest suppleri p secularē. vt tenet Gem. in c.1.de vsu lib.6.facit tex.in c.statuimus in fi.de maled. Vbi ɔtra blasphemātes statuīē pęna pecuniaria vltra alias pœnas spirituales. Non
21 obstāt ea quæ in † ɔtrarium adducebantur, maxime,per Ph.Dec.in d.ɔs.170.Et primo, inquantum dicit, q vsurarius petit vsuras ex ɔuentione, & voluntate partis, vn̄ nullā iniuriam facit volenti,quia ad hoc de facili respondetur, non lex prohibens vsuras, prohibet eas recipi etiam à sponte soluente, quia is, qui soluit, non peccat, sed tantum is qui recipit. vt not. gl. in cap. debitores, in verf. reddere de iureiur. vnde in materia vsurarum tota prohibitio legis est in recipiente,c.ɔsuluit de vsur.& ppea non ɔsideratur volūtas soluentis qa semp recipiens venit contra pceptū legis, & merito venit.

venit puniendus. Tanto magis, quia semper psumit debitor inuitus soluere, & soluẽdo vsuras, vt sibi eruere oculum, vt dicit gl. in l. 1. ff. de sol. & Bal. in l. indebitas, C. de vsur. sic in sim videmus i quolibet actu à lege phibito, q nõ excusat volũtas partiũ, q n rema neat phibitio, & sortiat locũ pęna legalis, l. non dubiũ, C. de legi. Non. n. excusat adulter, si dicat se adulterasse de volũtate mulieris dato. n. q nõ offendat pximum pp eius voluntatem, tñ offendit remp. quia attentat actum à iure prohibitum, & pœnalem. Nõ
22 obst. d. c. cum tu. de vsuris. supra † ponderatũ in tribus locis, q totũ loquitur de pœnis Lateranensis Consilij inductis ad restõnem vsuraꝝ ciuiliter tm, vt patet ibi in princ. Et illud, qđ dr in d. ver. illi aũt, q si vsurarius est paup, non punit, ꝯfirmat hũc intellectũ, q si illæ pęne sunt inductæ ad cõpellendũ vsurariũ ad restõnem, cessante satisfactione pp paupt atẽ, cessant ẽt, & illę pęnę, & sitr facta restone cessant. vt ibi dr in fine q cessat pctm, quo ad Deum, & illæ pœnæ solũ respiciunt aiam, & correctionis pctoris. Sed qtũs fuit offensa resp. per receptionem vsuraꝝ, & patrationem delicti, requiritur alia satisfactio per pœnam criminalẽ, vt pluries fuit dictum superius. Vñ quia illa non est nãlis pœna delicti, nec sufficiunt, solũ tẽdit in fauorẽ priuati, vt vsuras recu pet, dicendũ est posse irrogari aliã pęnã sufficiẽtẽ arbitraria, p eo q fuit ꝯtrauẽtũ pceptis iuris diuini, & canon. p satisfactione reip. l. licitat. §. qđ illicite, ff. de publ. Et psertim, q, vt supra dixi illæ pęnæ Lateranensis ꝯsilij puniũt solũ delictũ in nõ restituẽdo. vñ delictum in mutuãdo sub vsuris, & in recipiẽdo cõmissũ remaneret impunitũ, quod esset non debet, per pdicta. Et ex his apparet rñsio ad tertiũ, quartum, & quintum argm secundæ partis. Ad p imum argm secundæ partis potest rñderi per cõfessionem, quia fateor, q de iure ciuili cõi nõ irrogetur aliqua pęna, ex quo sunt proh bitæ, sed per ius canonicum ita, vt supra interpretatum, puniri põt vsurarius per ep n. Ad secundum argm secundæ partis rñdeo per reprobationem, & dico q omnes illæ auctoritates reprobantur, per alias auctoritates contrarias, & per rõnes supra allegatas, & p ea, quæ dicit Pet. Ph. Corn. in d. ꝯs. 19. in 3. vol. cuius dicta melioribus fir-
23 mantur rõnibus. An † aũt stantibus indicijs in crimine vsurarum, possit deueniri ad torturam. Soc. in ꝯs. 219. col. fin. in 2. vol. tenet q sic. Idem tenet Io. de Ana. in c. quia in omnibus, col. 19. de vsur. Tñ in regno puto, q hoc non procederet, q tormẽta irrogantur solum in delictis imponentibus pęnam vltra relegationem, vt in c. regni, quod incipit, tormenta. Sed pęna publicationis bonorum, quæ irrogatur vsuratio, non censetur vltra relegationem. Ita tenet Paris in tract. synd. in vers. tortura in c. an in causa pecuniaria, &c. Ex hoc remanet expedita ista subtilis q. Laus Deo. Rob. Mar. V. I. D.

DISPVTATIO SEXTA.

Si præsentatur primo instrumentũ ciuiliter super assistentia, an lite pendente possit criminaliter præsentari secundùm formam ritus magnæ curiæ, an vero obstet exceptio litis pendentiæ.

1 *Causa cœpta ciuiliter, an possit lite pendente inchoari criminaliter vigore instrumenti, an vero obstet exceptio litis pendentiæ.*
2 *Executio instrumenti, & sententia aquiparãtur.*
3 *Exceptio litis pendentiæ an obstet contra executionem instrumenti.*
Actor habens plura remedia executiua, vno intentato, non praiudicat sibi in alijs.
Clausula, quod electa vna via, alia non tollatur quid operatur in instrumento.
Notarius censetur rogatus vt opponat clausulas consuetas in instrumento.
Clausula qualibet in instrumento posita debet aliquid operari.
4 *Actione hypothecaria intentata, an possit lite pendente agi actione personali.*
Cumulatio actionis hypothecaria, & personalis an fieri possit, num. 30.
Sententia lata super actione hypothecaria, praiudicat super actione personali.
5 *Agens via ciuili an possit pro eadem re agere criminaliter.*
6 *Procurator non admittitur etiam ad media, quãdo prasentatur instrumentum secundùm formã ritus.*
7 *Debitor suspectus potest capi etiam lite pendente.*
8 *Instrumentum operatur vt debitor possit carcerari:*

rari, & debet dicere causam in vinculis.
Instrumentum, & contractus in quo differunt.
Instrumenti executio an impediatur per exceptionem quod metus causa vel doli, num. 11.
9 *Iuramentum in contractu meticuloso seruari debet nisi petatur absolutio.*
10 *Spontanea volūtas an probetur per illam dictionem sponte, appositam instrumento, num. 35.*
Verba notarij stipulantis censentur proferri de voluntate contrahentium.
12 *Fideiussionis contractus duas produxit oblationes.*
Fideiussionis contractus dicitur damnosus pro fideiussore, adeo quòd per hoc censetur dilapidare bona sua eo ipso quòd fideiubet.
Maritus fideiubens dicitur vergere ad inopiam, & vxor repetit dotem.
15 *Contractus celebratus inter officialem, & subditum est nullus, & præsumitur factus per metum. & impressionem, si est damnosus subdito.*
16 *Officialium solæ preces erga subditos inducunt iustum metum*
17 *Metum iustum inducit solus vultus terribilis officialis.*
Præsumitur in dubio contra officiales indebita seruitia extorquentes.
18 *Instrumentum quando extrahitur in forma publica, debet interueni consensus creditoris, & debitoris pariter.*
19 *Fides hosti seruanda non est.*
20 *Causa præoccupata per maiorem iudicem non potest ventilari coram minori.*
Præuentio seu præoccupatio iurisdictionis fit per solam citationem.
21 *Causa est delegata per principem, censetur quoad illam sublata omnis potestas ordinario, & processus per eum factus super ea est nullus.*
22 *Citatio obtenta non facta mentione de litis pendentia, dicitur surreptitia.*
Causa deuoluta ad curiam principis, non potest inde extrahi sine licentia principis, alias nihil valet quod agitur.
23 *Litis pendentia coram vno iudice impedit eam agitari coram alio.*
24 *Agens via ordinaria censetur renunciare extraordinariæ executiuæ.*
25 *Inhibitio facta iudici operatur, vt processus post ea per eum factus sit nullus.*
26 *Præuentionis exceptio est declinatoria.*
27 *Instrumentum guarentigia an æquiparetur sententia.*
28 *Contumax potest pluribus remedijs coerceri.*
29 *Instrumentum quando est nullum, omnes clausulæ in eo contenta sunt nullæ.*
30 *Actio hypothecaria quando cumulatur cum actione personali; debet fieri coram eodem iudice.*
Causæ continentia quando diuidi non debet, non valet processus coram diuersis iudicibus.
31 *Cumulatio actionis ciuilis, & criminali an, & quando fieri solet.*
32 *Procurator an criminalibus tunc non admittitur, quando discutitur causa principalis secus quando opponit declinatoriam, vel nullitem libelli, vel calumniam aduersarij.*
Calumnia habetur loco libelli, inepti, & potest ex officio repelli per iudicem.
33 *Exceptio nullitatis oriens ex instrumento non censetur sublata per statutum tollens omnem exceptionem, idem de exceptione inhabilitatis personæ.*
Creditoris appellatio in statuto intelligitur de efficaci.
34 *Iuramentum metu extortum in actu à iure prohibito non obligat.*
35 *Clausula, sponte, &c. censetur metu extorta in contractu meticuloso.*
Notario non creditur de his quæ consistunt in animo contrahentium.
36 *Velle, non dicitur qui per metum vult.*

Illustris dn̄s Vicerex ciuitatis Neap. & Locumtenens gn̄alis huius regni, fuit aditus per supplicationem cuiusdā actricis, vt deberet sibi ministrare iustitiam contra quendam suum debitorem vigore instr̄i præsentati super assistentia ciuiliter contra bona debitoris, fuit causa cōmissa in sacro cons. vni ex regij consiliarijs, vt iustitiam faceret, in sacroque consilio referret. coram quo regio cōmissario fuit fabricatus processus vsq; ad publicationem inclusiue, & p debitorem fuit plene probatum in defensionibus. q̧ pmissio, & obligatio instr̄alis, quæ erat ducatoꝝ mille, fuit extorta per metū, & impressionem superioris. Demū lite pendente in sacro ꝯsilio, præfata actrix præsentauit illud idē instr̄m in magna curia vicariæ criminaliter s̄m formam ritus, & fecit capi debitorem. Opponitur de litis pendentia in sacro consilio, & q̧ causa fuerat occupata p superiorem iudicem, quæritur an dicta exceptio impediam viam criminalem, vt debitor debeat liberari, & procedi in causa cœpta

1 pta in sacro consil. Et primo parte † negatiua, ꝙ dicta exceptio litis pendentiæ non obstet, imò ꝙ ꝓcedit possit criminaliter, adducitur, quia executio sniæ, & executio instrũtes executionem paratam, ęquiparantur. Ita dicit Bar. in l. cum vnus in fi. illius prin. ff. de bo. auth. iud. pos. & Bal. in l. fi. col. 2. C. eo. tit. & Lud. R. in cons. 76. col. 2. Sed qñ fit executio sniæ, non impeditur per exceptionem litis pendentiæ, ſm Innoc. in c. cum in iure, de off. deleg. & Lud. R. in d. cons. 76. in fi. verbis. Ergo minime debet retardari executio instrũ, cuius vigore pōt deueniri ad capturam ꝑsonæ auctoritate dicti ritus, sicut ꝑ instrũi guarentigiaꝝ, vt no. Bart. in l. Titio centũ. §. 2. de cond. & demon. & Inno. in c. ex rescr. de iureiur. & Alex. in add. ad Bar. in d. l. cũ vnus, & Lud. R. in cons. 33. col j. Quia ergo ꝑ ritũ magnæ cur. instrm habet executionẽ paratam, nõ poterit opponi li-

2 tis pẽdentia. Secundo, qa † qñ actor habet plura remedia executiua contra reũ, vno intentato non ꝑiudicatur sibi, quo ad alia. Vñ si actor habuit possessionem bonoꝝ, pōt ẽt recurrere ad capturam ꝑsonę, donec sibi satisfiat. Ita tenet Bart. in l. ꝯsentaneum, col. fi. C. quõ, & qñ iud. & Bal. ꝑ illum tex. in l. q legat. C. vt i pos. leg. ꝑ l. j. §. qd ergo. ff. de vẽ. insp & Bal. in l. 2. in fi. C. de rest. mil. & hr in c. qñi frequenter. § fi. vt lite non contest. nec pẽdentia litis super vno vr posse super alio ꝑiudicare, vt no. Ias. in l. nulli. col. 3. in 6 fallentia. C. de iud. vnde licet dicti actores intẽtauerunt viam executiuã ciuilr super assistentia. s. ꝓcuratores dictæ actricis, nõ debet talis pẽdentia litis impedire aliud remediũ executiuũ contra ꝑsonam, donec integre sa-

3 tisfit, per ꝓdicta. Tertio, qa in † instrũs cõiter apponunt illæ clausulæ, videlicet, ꝙ creditor possit pñtare instrm ciuiliter, & criminaliter, qđ electa vna via, alia non tollatur, ergo censetur data ptãs creditori, quod possit redire ad criminalẽ causam, ſm formam ritus, non obstante prima via ciuilr electa. Cum qlbet clã, & omne verbum in instrõ appositũ, debeat aliqd operari, vt dicit Bal. in rub. C. de ꝯtrahen. emp. in 9. q. & gl. in c. solitę, & in ver. tanq̃, de ma. & obe. & Ias. in l. 2. §. creditũ, in fi. ff. si cert. pet. & Petr. Phil. Cor. in cons. 259. col. 4. in 4. vol. & notarius semp censet rogatus, vt apponat istas clausulas consuetas. l. fi. & ibi Bal. C. de fideiuss.

& Bal. in l. si quis sub ꝯdõne, in fi. ff. de condit. inst. & in l. hmõi in princ. ff. de leg. pri. & Alex. in ꝯs. 89. col. pen. 3. vol. & Ias. in l. certi condict. §. nũmos, col. 5. ff. si certum peta.

4 Quarto, quia qñ est intentata † actio hypothecaria, pōt actor ẽt pendente iudicio intẽtare actionem ꝑsonalem contra eũdem debitorem, & hoc est speciale in istis duabus actionib. quia pñt cumulari tam in eodẽ libello, quam in diuersis, tam in eodem tpe, quã diuerso, non obstãte, ꝙ snia lata super vna, pariat exceptionẽ rei iudicatę super alia. Ita tenet Bart. in l. edita, col. 4. in fi. C. de edẽ. & in l. fundũ, ver. opp. extra gl. & c. ff. de exce. ꝑ tex. in §. sed neq; in auth. de fideiuss. & Bar. in l. mulier. ff. q po. in pig. ha. & Pau. de Cast. in cõs. 448. in 1. col. in 2. vol. Sed in ꝓposito licet dicti actores, seu ꝓcuratores actricis primo egerint actione, hypothecaria, intẽtando assistẽtiam, pōt nihilominus pẽdente illo iudicio intentare actionẽ ꝑsonalem dicta actrix, pñtando personaliter instrm, ſm formam ritus contra eũdem debitorem. Pro hoc vr casus in l. 2. & l. obmis-

5 sis. C. de fideiuss. Quinto, quia † qñ ex eodẽ facto oritur duplex modus agẽdi, vnus ciuiliter, & alius criminalr, nõ ad vindictam principalr, sed circa ꝑsecutionem rei familiaris, tunc intentata via ciuili pōt ẽt agi via criminali, qa vna per aliam nõ tollitur. Casus est in l. ex morte. C. ad l. Aquil. & in l. prior. §. 1. ff. vi bon. rap. Sed dicta actrix egit primo ciuiliter, vnde pōt nũc agere criminaliter pręsentando instrm, ſm formam ritus, quo casu dr causa criminalis pp periurium, vt hr in decis. 64. cons. Neap. Et sic exceptio litis pendentiæ super causa ciuili, nõ potuit ei præiudicare in criminali, pro hoc est tex. cum gl. in l. de fide. C. ad l. Corn. de

6 fal. Sexto, † quia dicta litis pendentia fuit, allegata per procuratorem, & qñ pñtatur instrm, ſm formam ritus, nõ admittitur ꝓcurator, ẽt ad media, vt dicit ritus magnæ curiæ, & hr in d. decis. 64. cons Neap. & sic non debet obstare litis pendentia, cum nõ fuerit allegata per legitimam personam. Se-

7 ptimo, quia † etiam lite pendente licitũ est creditori impetrare capturam debitoris suspecti, licet ab initio ipsum capi facere noluerit, ſm Ang. in l. nemo carcerẽ, circa medium, vers. item quæro, quid si lite pendente, &c. C. de exac. trib. lib. x. & Alex. i ꝯs. 106.

col.

col.fi.in prin.in 3.vol.quia ergo per dictam nouam præsentationē instri, s̄m formam ritus intenditur ad capturam debitorum, sequitur quod lite pendente fieri potuit. O-
8 ctauo, quia † ritus magnæ curiæ fundat se super instr̄o, videlicet, qd' qñ de debito ap paret publicum instr̄m, statum debitor carceratur, & debet dicere causam in vinculis, vñ non habet obstare exceptio, quod interuenerit metus, seu impressio, quia ista exceptio respicit contractum debiti, non autem instr̄m, quod cōsistit in solennitatibus. s. in interuentione iudicis, notarij, & testium, & in subscriptione, sigillo, anno, die mense, in uocatione nominis dñi, & in alijs solennitatibus, contractu vero consistit in substantia negocij, vnde si ex cō:ractu meticuloso fiat instr̄m, debet hīc executionem paratam, q a non elidi:ur per istam exceptionem, q̄ non respicit instr̄m, sed contractum. Ita notāter tenet Bart. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam. quem refert, & seq̄tur Pet. Ph. Cor. in cons. 341. col. 3. in litera h, in 3. vol. & tenet Bal. in l. 1. col. fi. C. plus vale. quod agi. vbi distinguit, vnde sequitur, quod dicta exceptio metus non habet impedire executio-
9 nem instri. Nono, quia in dicto † instr̄o interuenit iur̄m quo casu etiam si extaret metus, non pōt debitor contrauenire, nisi primo faciat se absolui à iur̄o, c. si vero de iureiur. cap. aures, & ibi not. extra, qd' metus causa, vnde dictus debitor citatus super tenore instri, opponendo exceptionem metus, non debet audiri tanquā periurus, cum
10 non sit absolutus. Decimo, quia † in dicto instr̄o dicitur quod dicti fideiussores spōte, & voluntarie fideiusserunt, p quæ verba excluditur probatio metus, quia vbi est cōsensus, & spontanea voluntas, cessat præsumptio metus, cum sint duo contraria, q̄ non pñt esse in eodem subiecto, l. 1. C. de fur. & omnia verba, quę profert notarius, censetur proferre de voluntate, contrahentium, quia debet contradicere ille, cui verba displicent. Ita dicit Bal. in l. mater, vers. quid ergo si ta bellio. C. de rei ven. & Bal. in l. 1. col. fi. C. de priu. dot. Cum igitur hic agatur. contra vnum ex fideiussoribus in solidum. q̄ se spōte obligauit, sequitur quod cessat exceptio
11 metus per prædicta. Vndecimo, quia, † qñ instr̄m habet executionem paratam, vigore statuti, non admittitur contra tale instr̄m exceptio doli, nec metus ad impediendā executionem. ita tenet Ang. in cons. 234. incip. visis statuto, & contractu, &c. col. pen. vers. sed licet. Sed certum est, q̄ vigore dicti ritus instr̄m habet paratam executionem, ergo exceptio metus, eam non impedit. Pro par
12 te † vero contraria adducitur. Et præsuppono primo, quod ex contractu fideiussionis duæ oriuntur actiones, seu obligationes. Vna videlicet, quæ contrahitur inter fideiussorem, & creditorē, quæ est ex stipulatione l. blanditus, C. de fideiuss. Alia est, quæ contrahitur inter fideiussorem, & reum principalem, quæ est obligatio, & actio mādati, l. rogatus, & l. qui fide, & l. si remunerandi, §. si passus, ff. mand. & l. mādati, & ibi gl. C. de fideiuss. & inst. de fideius. §. si quid aūt. Secun
13 do, præsuppono † quod contractus fideiussionis, est contractus onerosus, & damnificatiuus, adeo quod in eo nullum lucrum speratur in tm̄ quod ille qui fideiubet, censetur dilapidare bona sua, & hęc est causa sufficiēs vt vxor possit inconstantiā matrimonij repetere dotē à marito suo, s̄m Ang. in l. in p sonam, §. 1. & ibi ē: Ias. ff. de pact. & Alex. in l. si ꝯstanter, col. 7. ff. solut. mat. pro hoc est tex. in l. 3 § si filius, ff. de lib. & post. Terrio
14 præsuppono, q̄ † dñi t̄pales vt sunt duces, comites, & marchiones, & eoꝝ vicarij, censentur principes in suis terris, & hñt illam ptātem in suis terris contra subditos, quam habet Imperator in toto regno, maxime, qñ hñt regalia, p ut oibus baronibus huius regni, vt plurimū, cōcessa sunt. Ita tenet Lud. R. in ꝯs. 59 & Pet. Ph. Cor. in cons. 20. col. 1. & 2. in 1. vol. & Ang. in ꝯs. 217. col. 2. in fi. & 3. & Paul. de Cast. in cons. 34. col. 3. in 2. vol His præsuppositis dico pro parte cōtraria, q̄ dictum instr̄m in casu, de quo quærit non meretur executionē, & præsertim quia probatum est de metu, & impressione supe
15 rioris. Et primo, pro ista parte adducit, q̄ officiales p hibentur in illa prouincia, quam regunt, contrahere cum eoꝝ subditis, & ꝯtractus eoꝝ, maxime qñ tendunt in læsionem subditoꝝ, sunt inualidi, l. 1. C. de contr. iu. & hr̄ in l. fi. C. de resc. vē. & in l. principalib. ff. si cert pet. & hoc sine dubio p̄cedic. s. qd' tales contractus sunt nulli, qñ fiunt metu, & per impressionem superioꝝ, ita vt non sit necesse intentare actionem, quod metus causa, ad rescindendum, s̄m Bald. tit. de pa-

ce const.in vers.pactiones, & in ver. ꝑ infe ctis,& Ias.in §.quadr.col 9 inst.de act.& Pa ris in tract.synd.in 15 char.col.1. Hinc dicit Bal.in l.decernimus, C. de sac.san.eccl.qđ contractus celebratus cũ tyranno per ipsius impressionem,non valet,præsumitur aũt fa ctus per impressionem,qñ subditus cum eo cõtrahens læditur enormiter, & illud dictũ sequitur Alex.in l.si ꝑ impressionẽ, C. qđ met.caus.sed dictus ɔtractus fideius.fuit cele bratus inter superiores,& eoꝝ subditos,& ꝑ eoꝝ iussum,quia ipsi superiores fuerunt rei principales,& iusserunt dictis fideiussoribus subditis,qđ ꝑ eis fideiuberet, & ita fideius serunt, certe ex tali iussu facto ꝑ superiores vna cũ contractu oneroso ac dãnoso, put est ɔtractus fideiussionis, vt supra dixi, satis ꝓbatur impressio,& metus. Nec obstat,l.ad inuidiã. C.quod met.causa.vbi dr,quod so la dignitas officialis non sufficit ad inducen dam præsumptionẽ metus, qa illud proce dit in officiali non hñ e iurisdictionem. Ita intelligit Bar.in l.aufertur, §. qđ à præside, ff.de iure fisci,& Alex.in d.l.si per impressio nem.Item ibi non interuenit metus seu im pressio, ẜm Bar.in d. l. si ꝑ impressionem.

